ipsum exitus: & introitus demonstrantes potentem idē apud illos ἄποιοσ dicitur: quasi uis praepositus urbanis illi uias: quae intra pomeria sunt ὄμοσ appellat. Dianae uero ut triuiae uia: omnium idē tribuit potestatem. Apud nos Ianus omnibus praesse Ianus nomen ostendit quod est simile ἄποιοσ cum clauis & uirga figurat quasi omnium & portarum custos & rector uia: pronunciauit Nigidius appollinē Ianum esse. Dianaque Ianam apposita. d. littera: quae saepe. i. litterae decoris causa apponitur: ut redit redintegrat. Ianum quodam sole demonstrari uoluit: & ideo geminum quasi utriusque Ianus caelestis potestatem: quae ex oriente aperit diem: occidens claudit. Inuocarique primum cum licui res diuina celebrat ut per eum pateat ad illum cui inuolat accessus: quasi praesens supplicium per portas suas ad deos ipse transmittat. Simulacrum eius plerumque fingitur manu dextra. ccc. sinistra. lxx. n. merum tenens ad demonstrandam anni dimensionem quae praecipue est solis potestas. Alii mundum. i. caelum esse uoluerunt. Ianusque ab eundo dicitur: quod modus semper eat dum in orbe uoluit: & ex se initium faciens in se refert. Cornificius ethymorum li. iii. Ci. inquit non Ianum sed eandem uocant ab eundo. Apud nos in quatuor partes spectat: ut demonstrat simulacrum eius phaleris aduictum. C. bassus in libro de diis Ianum bifrontem fingit ait quasi superum: atque inferum Ianitorē eundem quadriformem quasi uniuersa clymata maiestate complexum. Satorum carminibus antiquissimis deus deorum canitur. M. messalla. gn. Domitii in consulatione collega idemque per annos. lxx. augur ita de Iano incipit. qui cuncta fingit eademque regit: aquae terraeque uim ac naturam grauem atque per nam profundum dilabentem ignis atque aerae leuem inmensum sublime fugientem copulauit circumdato caelo quae uis caeli maxima duas dispares colligauit. In sacrisque iuocamus Ianum geminum. Ianum praesens. Ianum Iunonium. Ianum consuetum. Ianum quirinum: Ianum patulium. Ianum clusium geminum: quae utriusque Ianus caelestis potestatem & e. patrem quasi deorum dūm. Iunonium quasi non solum mensis Ianuarii sed omnium mensium ingressus tenentem. in ditione autem Iunonis sunt omnes caeledae. Varro li. v. rerum diuinarum scribit Iano duodecim aras per totidem mensibus dedicatas. Consuetum a conferendo. i. per pagine generis humani: quae a Iano auctore conferunt. Quirinum quasi bellorum potentem ab hasta quam Sabini quiri uocant. Patulium & clusium quae bello caula eius patet: pace claudunt. eam inferius subiciemus & caetera quae de Iano dicenda sunt. Plinius de Iano sic loquitur apud antiquos Ianus siue genius: siue rex fuerit dicitur cultum siluestrem in ciuilem redegisse: & tō bifrontem pingunt: quae alteram fecit ex altera uiuendi forma eius templum cum duabus portis est aperit in bello Ianus. Sed haec haecenus. Iane biceps: quae gemino capite figuratur. Origo anni: quasi quae das principium anno tuis a caeledis incipit. Tacite labentis: quae annus tacite labitur: & ad ipsum tempus respexit: quod est ut superius diximus mensura motus caeli quod tacite mouetur: iuxta illud tacito labentia caelo: sic & terra tacite labunt. Qui solus de superis: solus ex omni caelestium numero. Vides tua terga: quae cum biceps sis respicis & anteriora: & posteriora. Ades dexter praepitius. Ducibus: & tyberio & germanico quae militum praesunt. Quorum: ducum. Labore: industria & uigilantia. Terra ferax: fertilis. Habet ocia secunda: habet quietem & pacem seorsum ab omni bellorum cura: Pontus mare. Habet ocia: pacem quae non modo in terris: sed ne in mari quidem bella gerunt. & hoc ob pacem: quae Augusti & tyberii tempore undique per orbem terrarum fuit. Augustus enim post ciuilia bella repressa post actiacam pugnam Antonio & Cleopatra nauali praesidio uictis aegyptum in praesentia redegit. Iustorum bello domuit dalmatiam cantabriam: aqtania: panonia: illiricum: rhenos uindelicos. Salluos gentes alpinas. Dacos germanos ultra albin fluuium summouit. ex quibus sycambros in galliam traduxit. Indos: & scythas magnitudine nominis sui ad amicitiam pellexit. Parthos sub phraate rege copescuit: & filios dare obsides coegit. Reposcuntque signa Crassi clade erepta: & M. antonii fuga ablata supplices praesentem restituerunt. Armenia & superiores tauricos omnes in amicitia retinuit arabas per adiu gallum subegit aethiops per M. petronium contulit. Denique: ut Traianus ait pace terra marique parata Ianum quirinum clausit. & Florus in fine feris operis sui. Se res est inquit habitatesque sub ipso sole in Roma ad Augustum misere legatos cum gemis & margaritis: elephantos iter munera trahentes in idem & legatos misere scythae: Itaque Augusti temporibus continua totius humani generis aut pax: fuit aut pactio haec ille. haec quidem est illa pax Augusti temporibus quae in sacris litteris significatur. Orietur in diebus suis iustitia & abundantia pacis cum eo. Significat. n. illud tempus: quo caelestis ipse rex uere pacificus humanam carnem assumpsit: Ades dexter: praepitius. Patribus & populo quirini: senatus & populo romano. Quirini: romuli ut diximus. erat. n. & senatus & populus ab initio urbis a romulo

institutus de multitudinis diuisione. ita Plutarchus agit condita urbe. Romulus ex eis quibus erat ad militandū vigor: legiones fecit ceteros uocauit populū. C. creat senatores quos appellauit p̄ses: & ordinē senatū: quod nomē a senectute ē. P̄ses dicti aut quod patroni multitudinis erant: aut quod p̄ses ceterorum uidebant. Patroni dicunt a patrone quodā: qui cū euandro ea loca tenuit studiosus inopia plebis subueniēdi. Aut a uirtute: aut prestātia nobilitatis: quod uerius ē p̄ses appellauit: ut ea nois māsfuetudine arrogātia. & inuidia p̄cul eēt. Qui deinde senatui ascripti sunt: p̄ses cōscripti appellānt. Liuius uero ab urbe cōdita cū iā inq̄t uiriū haud p̄cēniteret. Cōsiliū deinde uiribus parat Cētū creat senatores: siue quia is numerus satis erat: siue quā. C. erat q̄ creati p̄ses possent. Patres certe ab honore: p̄ficiq̄ p̄genies eorū appellati. Dionysius autem a lycarneſeus ita inq̄t Romulus urbānis: negotiis unum p̄fecit. Tribubus p̄cepit: ut singulē tres eligerent: & curiis quā triginta erant: ut totidē additō p̄fecto urb̄is. Ex hoc cētenario numero cōsiliū faciit senatū appellāuit ut ab aetate. aut uirtute. Senatus participes p̄ses cōscripti. Hoc igit̄ nūc poeta inuit. P̄ribus & populo tuis: q̄si q̄ sunt sub tutela tui numinis. Et reſera: aperi. Tuo nutu: q̄si tuo numine & auspicio. Cādida tēpla: marmorea tēpla & tua & aliorū deorū: quā tibi ceterisq̄ deis ē imolādum nec ab ſurda eēt ſentētia ſi diceremus de tēplo iam nō intelligi: nā ap̄tū bellū significabat. & tūc nō bellum sed pax ut erat optabat. Numā ut auctor ē Liuius ianū ad infimū argiletū indicē pacis belliq̄ fecit ap̄tus: ut in armis eēt ciuitatē clauſus pacatos circa ſe populos significaret. bis deinde poſt numā regnū clauſus fuit. Semel Tito mālio cōſule poſt punitū primū p̄fectū bellū iteq̄ quod n̄rā aetati dicit deſert: ut uideremus poſt bellū acti acū ab iperatore Caſare auguſto pace terra mariq̄ parta. ergo ſi clauſus pacē significabat: & ea tūc maxima erat: arbitrarer de aliorū deorū tēplis intelligendū. Quibus pariter & iano calendis ianuariis ſacrificat. p̄fertim cū ianus p̄ſit oibus tēplis: & ianuaq̄ potēſ ſit. q̄n̄ ē q̄ primū dis tēpla fecerit in italia: ut tradit Xenophon. Proſpera: de calēdis intelligit ianuariis & prima die anni: q̄ in totū annū oīa & auguria captabant. Oriit lux p̄ſpera: dies calēdaz ianuariū quod anni caput ē. Fauete: oēs mihi hinc exordienti aut Fauete: alteri. Et linguis: hoc eſt bonis uerbis. Et animis: bona uolūtate: nā pōt q̄s fauere & plaudere uerbis. non t̄n̄ aīo: Nūc in bona die: in calendis iani. Sunt dicēda bona uerba. ut in ipſo anni principio bona fauſtaq̄ oīa captent. Seruat̄ nūc etiā mos hic & i tota græcia & i pluribus italia locis. accedunt diſtūculo calendarū pueri ad nobiliū ianuas & quibsdā rithimis ſalutāt & bona uerba dicunt. Lite nō eſt eo die litebus: aut iurgiis icubēdū. nec mala uerba p̄ferēda. Aures uacēt lite: ſint libera & p̄cul ab omni cōtēptione nā ut Cicero in libris de legib̄ inq̄t. Rō feriagē & feſtoz q̄tē litū habet ac iurgiōz. Lis litis pro contentione forenſi. Vnde & in iudicio h̄c cecidiſſe dicitur: qui eīus rei de qua agebat cauſam amiſit. Abſint protinus infana iurgia: quaſi procul ſint infana cōtēctiones. iurgia aliq̄ amicorū & affiniū eſſe uolunt: ſed interdū ad forenſem altercationem reſerri uidemus: Seneca in hercule furente: hic clamofī rabioſa fori iurgia uendens iprobis iras & uerba locat. Liuida turba: turba inuida: & plena liuore. Differ opus tuū: & ad liuorem in foro litigantiū: & ad inuidentium maleſdicentiam reſerri poteſt. quaſi abſtineas hodie a maledicentia: qua uti ſoles turba a τὸ πρὸ τῶ uerbo græco deducitur: & ut labe omi placet: & multitudinis hominum perturbationem: & cōtum. i. coaducationem ſignificat. Cernis: eo die in templis & pro ſoribus templi multa odorem facientia cremabantur. Cernis ut ether: ut aer. Luceat ignibus odoratis: ignibus in quibus aut cedrea ligna aut thūra odorem emittentia cremabantur. Et ſonet focis accenſis crepitum faciat cum aduritur.

Spica cilyſſa: cum legerem hunc locum & pariter Sabinus: qui tunc uiuebat: & alii innuehebantur: quoniā de ſpica nardi uoluerim intelligi: cū ipſi de croco ex cilycia laudatiſſimo pueniēti itelligēdū eēt cēſerēt nec aduertebāt quo i errore uerſarent. nō. n. poeta de flore: ſed de ſpica loq̄t. non enim dixit floſ cilyſſus: ſed ſpica cilyſſa: & de nardo intelligit. de quo Plynii odoris gratia omnibus maior & ſi cilyſſum nardū nō legas apud Plynium: nō reſert. nō. n. inquit Plynius nō naſci in cilycia nardū: ſed in primis laudat ſyriacū proxime gallicum & creticum. Adde quod ſyria iuncta ē cilyce: ut quod in ſyria naſcīt poſſit in ea parte cilycæ naſci: que ſyrie iuncta eſt. Ego autē in ora cilycia ſpicā meis manibus legi: & auditoribus meis oſtendi: cum h̄c legerē. præterea crocus cū ſit magni odoris: ad odorem tamen non aduritur. ſed alius uſus eſt: aduruntur ligna odora. & odoratum gummi: & ipſa ſpica. Quare de nardo intelligendum cenſeo: & non de floribus. Flamma

Et reſera nutu candida templa tuo.
 Proſpera lux oritur linguiſq; animiſq; fauete
 Nunc dicenda bona ſunt bona uerba die.
 Lite uacent aures: infanaq; protinus abſint
 Iurgia. differ opus liuidia turba tuum.
 Cernis odoratis ut luceat ignibus æther.
 Et ſonet accenſis ſpica cilyſſa focis.
 Flamma uitore ſuo templorum uerberat aurum:

ma: quæ sit in aris. Verberat suo nitore: suo splendore & corruscatione uerberare & lambere uides tur. Aurū templorū: auream templorum celaturam & parietes deauratos & deaurata laquearia.

Et spartit iubar tremulum: tremulam corruscationē & lucē. In summa æde: i summo templo deaurato. Iubar: pro lucifero ponitur ut apud Virgiliū i quarto aeneidos. It portis iubar exorto dictū ut Pompeio placet: quod splendor eius diffundit i modū iubar leonis: & iubar p splendore tantū ponit ut hic. Vestibus: eo die ibat populus cū cōsulibus inituris magistratū i molatū ioui optimo

maximo i arcē capitolinā. Itur: quasi id populus cū cōsulibus. Vestibus i tactis: nouis & ad eā diē nō tactis. In arces tarpeias: ad tēplū iouis quod i arce tarpeia erat. Tarpeius mons ut Varroni placet dictus a tarpeia uirgine uestali: quæ ibidē a sabinis necata armis: & sepulta fuerat. Plutarchus in

Et tremulum summa spargit in æde iubar.

Vestibus in tactis tarpeias itur in arces:

Et populus festo cōcolor ipse suo est.

Iamq; noui fasces præeunt: noua purpura fulget:

uita romuli inqt tarpeia uirginē tarpeii filiam fuisse: que romanā arcem Sabinis prodidit. Dicitur postea mons capitulinus eodem Varrone teste: quod cū i eo fundamenta ædis iouis foderent. Caput humanū inuentū est: & ut pergit Varro hūc antea montē saturniū appellatū prodiderūt: & ab eo late saturniā terrā: cuius uestigiā etiā Varronis tēpore manebant Saturni sanum: saturnia porta quā Iunius pandanam uocat. & postici muri legibus priuatis iscripti. Hic uero cū effoderent iouis ædis fundamenta inuento humano capite: ab aruspiciibus: & præcipue hetruscis habitū ē: Arcē illā totius italiæ. deide totius orbis futurā. ita a capite capitoliū denominatū. De hoc uero Tacitus. xix suaz historiæ. Vouerat Tarquinius priscus bello sabino sedē Ioui optimo: maximo. fecitq; fūndamenta: spe tamē magis futuræ magnitudinis: q̄ tunc po. ro. cōpeteret. Mox seruius Tullius adiecit aliquid. Deide Tarquinius superbus capta Sueffa & pomena p hostiū spolia fecit. & reliqua. Irupē igitur tarpeia capitolini iouis templum erat: habens tria sacella æque constructa. Iunonis & Minerue. in medio Iouis. huc ergo ibant cū populo consules: & post sacra magistratū inibant. Et populus romanus: Est concolor suo festo: eius coloris cum festo: quasi conueniens suo festo. nam ut religiosa dies: ita & ipse religioni incumbebat. & ut dies erat festa: ita & ipse festiuus. Aut cōcolor suo festo: quia omnes in suo festo prætextam ferebant eiusdem coloris. Iamq; noui: iam noui lictores cum fascibus præeunt: & consules inibant magistratum. Iam præeunt noui fasces: præeunt populum noui consules. nam fasces dicimus & pro consulari dignitate. & pro cōsulum insignibus: & pro onere. Aut dicas: præeunt fasces: lictores: qui cum fascibus consules præibant. habebat enī consul duodecim lictores: quos aliqui uolunt primō romulum instituisse: siue auulturum numero: siue ab etruscis edoctum. Verum Dionysius inqt Tarqniū priscū etruscos pene domitos. coegisse: ut insignia regū suoz regi romano traderent: q̄ hæc fuere duodeci secures: Trabea: Curules: Anuli: Phalera: paludamēta: prætexta. Togæ pictæ. tunica palmata: & oia ipii insignia: qbus impii maiestas eminebat de quo ēt diximus i odis i eo loco memorē an superbos Tarquini fasces dubito. Apud Macrobiū aut legimus Tullū hostiliū regem tertū debellatis etruscis sellā curulē. lictores. & togā pictam atq; prætextam insignia magistratū etruscorum Romæ. ut gerentē istituisse. Et Syllius de his ita inquit. Meoniaq; decus quondam uetulonia gentis Bissenos hæc prima dedit precedere fasces. Et toridē iunxit tacito terrore secures: Hæc altis ebori decorauit honore curules. Et princeps tyrio uestem prætexuit ostro. Præeunt: prima syllaba dypthongum habet. & poeta breuem fecit. sed hoc ex ueteri græcorum regula. apud quos xi idifferenter ponit: ut xi: quā part iculā uertimus: & quæ dicimus eadē significatione. & dypthonganda esset: sed usus & breuē facit: & sine dypthongo scribit: quanuis Romæ in marmore uetustissimo ita legamus: Senatus populus. quæ romanus. & quæ est ibi cū dypthongo. Seruauit aliquando rationē hāc. Vir. ut in. iii. eneid. Limina quæ laurusq; dei. & si quis diceret preeo habere primam breuem obsequentem uocalem uehementer erat: nam id non seruatur a nostris ut æolus: æacus: æacide & æætēs. Fulget noua purpura prætexta purpurea consularis. ferebant enim consules prætextam. ut in libris de ponto in elegia ad Græcinum consulem designatum: cum esset initurus magistratum. Mente tamen quæ sola loco non exulat utar: Prætextam: fasces aspiciamq; tuos. Purpura conchilii genus est qd florē sicut Ply. appellat tingendis expetitum uestibus in mediis fauibus habet: liquoris minimi est in uena candida. Purpuræ ut idē inquit Ply. alio nomine pelagiæ uocant. Color hic p maiestate pueritiæ ē. Distinguit ab equite curiem. Diis aduocatur placandis. omnemq; uestem illuminat in triumphali miscetur auro. Et paulo inferius purpuræ usum semper fuisse uideo: Sed romulo i trabea. Nam toga prætexta. & latiore clauo Tullū hostiliū e regibus primū usum etruscis deuictis satis cōstat. Et cōspicū ebur: clara & eburna sella curulis ex ebone. n. ea erat ornata ut ex Syllio dixius: Hæc altis ebori decorauit honore curules. & i lib. de ponto i eadē elegia Signa quoq; i sella nosse formata curuli

Et totū numidæ sculprile dētis opus. & de ebore loq̄. sic & cōspicū referās ad cōspicua & illustra
 ex ebore signa i ipsa sella: ut iisdē lib. ad pōpē. cōsulē ingt. Cōspicū signis cū pmet altus ebur. Sē
 tit nouā pōdera: q̄a noui magistratus i ea sedēt. & nō mō cōsulū: sed adiliū quōq̄ ea sella eburnea
 erat: Colla: mactabant eo die iuueni q̄ opis eēt ex partes. Rudes opes: iuueni idomiti q̄ nū
 dū iugū tūlere: neq̄ arāuere. Præbēt colla feriēda securi: præbēt se mactādos sacerdoti abarā mīnis
 rēfugiētes. nō. n. rite imolabāt: si abara se subtraxisset. nā a ueteribus pbabat uicū nō clauda: nō
 breuioris articuli. n̄ q̄ arā r̄fugeret: nō
 externa sed pria. Verū cū hic de phali
 sca agat. n̄ d̄ externa agit: nā pria quo
 q̄ dici poterat. Quos: iuuenicos opes
 rū rudes. Herba phalifica aluit suis cā
 pis: q̄ adulti i phalisco cāpis romā
 de agebant: & tā ex umbris: q̄ ex phā
 lificis tauri romæ imolabant. & a triū
 phātibus: & a nouis cōsulibus. & i lib.
 de pōto poeta d̄ pōpēio cōsulē idē fe
 re iqt: Colla boues iuueos certe p̄bēt
 securi Quos aluit cāpis herba phalif
 ca suis & apud ueteres capitale erat bo
 uē mactare quē ut Ply. iqt Sociū labo
 ris agriq̄ cultura hēmus. & addit exē
 plū illius: q̄ bouē occiderit i exiliū eie
 cit: tanq̄ colono suo iterēpto. Præter
 rea & i ægypto bos numinis uice colē
 bāt Phalifica: a phalisco oppido. Strā
 bo iter oppidula etruscæ phaliscū res
 fert. Postea abdit. Aliqui sane phale
 rios i Thuscæ regiōe mīme locādos
 eē aiūt: sed phaliscos p se gētē. Quis
 dā etiā phaliscos proprii sermonis ci
 uitate posuere. Aliqui oeaci sympha
 liscū appellāt i uia flaminia iacentē iter ocheculū & Romā. hęc ille: sed a quo habuerint originē d̄
 cemus i q̄rto. Iupiter: ob maiestātē & magnitudinē impiū romā dicta hęc: q̄ nihil ab ioue ē sum
 mo cælo respici poterat: q̄ romani iuris nō eēt. Terminatū. n. erat iperū primo oriēte: extremōq̄
 occidēte. Iuppitr cū totū orbē spectet a sua arce: cū oēs terras & maria p̄spiciat e sumo æthere: qui
 illi assignat: aut ex sexto cælesti circulo p̄ qd̄ etus stella uagatur: & quō in loco altior est luna mercu
 rio: uenere: sole & marie. Nil habet qd̄ tueat: qd̄ respiciat. Nisi romanū: nam qcquid iserius ē sub
 ditū ē romano imperio. Salue: saluere iubet diem calendarū ipsarū: Salue dies festa: saluete calen
 dæ ianuarie. Et semp reuertere melior: semp uos calenda p̄periores redeatis. Digna coli a po
 pulo potente rerū: digna dies quam colat & celebret populus ro. q̄ terris iperat. Quem: sanī m̄
 steria relaturus. duo primū a iano petit: ut dicat q̄ deus sit. & cur solus ex oī deorum numero biceps
 sit. O iane biformis: biceps. Quem deum dicā te esse: quasi quē ego te deū appellē. Nam græ
 cia: unde nos latini deos accepimus. Nullū habet numen par tibi: nullū deū habet bicipitem: nec
 tot potestātū. Simul edē causam dic rōnem. Cur unus de cælestibus: cur tu solus ex oī cælestium
 numero. Et uides qd̄ sit a tergo: & quod sit ante: quasi cur es formæ duplicis: hoc est: cur biceps ut
 posteriora & anteriora uideas. Hęc ego: dū hęc uolueret secū: scripturus qcquid ianus inspiraret:
 aduenit ipsum numen eruditurū poetam. Cum ego agitare mente hęc: cum uoluerem hęc anō.
 Sumptis tabellis: quas ad scribendum paraueram. Domus est uisa lucidior q̄ fuit ante: aduentu nū
 minis facta est domus splēndentior quam prius fuerat. Tū sacer: iam aduenit numen. & sese poetæ
 uidendū obtulit. Tū ianus sacer mirandus: & uenerandus: & admiratione p̄sequendus. Ancipiti
 imagine: duplici forma. Obtulit repente: subito. Bia ora: & anteriora & posteriora. Oculis me
 is: ut bene possem eū geminū itueri. Extimui: extimuit poeta uiso deo: nec mirū: cū ab ipsa natura
 deos timeamus: ide ē ut pleriq̄ uelint deū a d̄o uari deduct qd̄ est timeo: q̄ ab oibus timeat. iō &
 Papi. iqt Primus i orbe deos fecit timor. Extimui: ergo uiso numie. Et sensi capillos riguisse: q̄
 si factos hirtos. & hoc naturale est: ut ob metū capilli rigeant. rōnem affert Aristoteles i p̄blemari
 bus: cū timor i corde sit: sanguis ut succurrat cordi deserit & pellē & cutē. ide cedente sanguine exte
 riora frigescūt: & sic fugato naturali calore cōtrahit cutis: ex cuius cōtractione pili rigēt: sic ēt frige
 scit pectus ob metū deficiente sanguine: i quo est naturalis calor. iō hic. Et pectus erat gelidū subito

Et noua conspiciuum pondera sentit ebur:
 Colla rudes operum præbent feriēda securi:
 Quos aluit campis herba phalifica suis.
 Iuppiter arce sua: cum totum spectet in orbem:
 Nil nisi romanum: quod tueatur habet.
 Salue festa dies: meliorq̄ reuertere semper
 Apopulo rerum digna potente coli.
 Quem tamen esse deum te dicam iane biformis.
 Nam tibi par nullum græcia numen habet.
 Ede simul causam cur de cælestibus unus.
 Sitq̄ quod a tergo: sitq̄ quod ante uides
 Hęc ego cum sumptis agitare mente tabellis
 Lucidior uisa est quam fuit ante domus.
 Tum sacer ancipiti mirandus imagine ianus
 Bina repente oculis obtulit ora meis:
 Extimui: sensiq̄ metu riguisse capillos:
 Et gelidum subito frigore pectus erat.

frigore: sic & apud Virgiliū: gelidus teucris p dura cucurrit ossa tremor. Ille: ianus. Tenens baculū dextra: & uirgā sinistra: hoc est illud q̄ supius diximus ianū cū clauī & uirga figurari: q̄si oīum & portarū custodem & rectorem uiarum: Edidit nobis hos sonos ore priore: ita locutus est ore anteriore & non eo q̄ erat a tergo ut melius poeta audiret. Disce: facit ianus attentionem: ut intērior sit poeta ad eius uerba percipiēda. Ouates operose dierum. o naso poeta studiosē tēporum: qui scribēt cupis mēsiū & dierū rōnē. Disce posito metu: abiecto oī timore. Quod petis: & qui deus

Ille tenens baculum dextra clauemq̄ sinistra
Edidit hos nobis ore priore sonos:
Disce metu posito uates operose dierum:
Quod petis & uoces accipe mente meas
Me chaos antiqui nam sum res prisca uacabant.
Accipe quam longi temporis acta canam.
Lucidus hic aer: & quæ tria corpora restant:
Ignis: aqua: & tellus: unus aceruus erant.

sim: & cur biceps. Et p̄cipe mēte uoces meas: p̄cipias aīo uerba mea. Me chaos: respōsurus q̄stioni ianus refert se ad primā mūdi originē: hoc ē ad ipsū chaos. Q̄d ut auctor ē Hesiodus: in theogonia fuit q̄dā cōfusa ab initio unitas: quā p̄cipiū esse dicūt productōis omniū rerū. Vnde i p̄cipio metamorph: Vnus erat toto naturæ uultus i orbe: Quē dixere chaos. Facit ad hoc illud Diodori de prima hominū generatōe: quā duplicem refert. Quosdā mundū igenitū fuisse: & ge-

nus hominū ab aeterno: sine ortus p̄cipio sensisse. Quosdā genitū arbitratos: & habuisse hoies initiū. Nā rex primordio cœlū: & terrā unīcā habuisse ideā imixta eorū natura. Exiū distinctis in uicē corporibus: coepisse mundū hūc ordinē: quē uidemus. Aera motū cōtinuū sortitū: & igneā partē eius supiora loca: p̄p̄ leuitatē aiunt appetisse. Eadē cā solē: & astra cursus suos sortita. Limosum & turbidū humori mixtū eodē stetit i loco: p̄p̄ grauitatē: quæ cū mixta essent ex humidis mare effectū. ex durioribus terrā lutosam euasisse. & oīno mollē. Hæc primū cū solis ardore densior euasisset: eius superficie ui caloris tumefacta multis i locis humores quosdā eē cōcretos: i q̄bus putredies tenui cōtrecta pellicula sint excitata: ut i paludibus & stagnis ægyptiacis uidemus accedere: cū frigidā terrā subito æstus aeris calefacit. Eurypides i menalippe cœlum & terrā mixta fuisse tradit separata postmodū generasse singula. Arborea: uolatilia: feræ. ac oē mortaliū genus hæctenus ex Diodoro. Tales milesius aquā putauit rerū esse p̄cipiū: & hinc oīa elementa mūdī: ipsūq̄ mundū: & quæ in eo gignunt existere. Anaximander non ex una re sicut tales ex humore: sed ex suis p̄p̄iis p̄cipiis qualisq̄ res nasci putauit: q̄ rex p̄cipia singularū esse credidit infinita: & innumerabiles mūdōs gignere. Refellit hoc aristoteles: cū dicat plures mūdōs nō esse: nec esse posse. Anaximenes oēs rex cās infinito aeris dedit. Anaxagoras rerū oīum effectōrē diuinū animū sensit. Diogenes aerā dixit rex esse materiā de qua oīa fierent. Sed cū cōpotē diuinæ rōnis. Archelaus de particulis inter se dissimilibus: q̄bus singula queq̄ fierent: ita oīa cōstare putauit: ut iesse ēt mētē diceret: quæ corpora illa dissimilia. i. illas particulas cōiungēdo & dissipādo ageret oīa. At Sira. i. q̄ antiquū de atomis dogma: si Possidonio credēdū ē: mochi fuit hois Sidonū: q̄ añ troianas res uixit. Diximus hæc: ut facilius quē de se ipso aut de prima mundi digestione ianus refert itelligamus. Qui ita loquitur: ac si ipse ipsū chaos fuisset: ex eo produisset: diuisisset: i ordinē quoq̄ redegisset: q̄d creditū ē auctoritate cōfirmatū. M. messale: de quo superius diximus: Qui cūctia fingit eadēq̄ regit: aqua terraq̄ uim: ac naturam grauem: atq̄ p̄nam in pfundum dilabentem: ignis atq̄ aīa leuē i mensum sublime fugientē copulauit circūdato cœlo. Qui ēt & ad rē facit pōpeianū illud cū chaos definit. i. de sig. uer. Chaos apellat Hesiodus confusā quandā ab initio unitatē hiantē parētēq̄ i p̄mū dum græci: nos hiare dicimus. Vnde ianus detracta aspiratione d̄: eo q̄ fuerit oīum primus: Cui primo supplicabāt ueluti parenti: & a quo rex oīum factū putabant initiū: Sed hæc hæctenus. Antiq̄: ueteres. Vocabāt me chaos: appellabāt me eā cōfusam unitatē unī rex oīum p̄cipiū fuit. Nā sum res prisca: antiqua: & añ digestū orbē. Accipe quā lōgi t̄pis canam acta. audias & aiaduertas quā uetustissima facta tibi referā. & auget actē rōnē: & sibi ab antiq̄tate ultima auctoritatē facit. Lucidus: ipsum chaos q̄tuor elemēta cōfusa & cōmixta tenebat. Hic aer lucidus: clarus & liq̄dus. Et tria corpora q̄ restāt: reliq̄ tria elemēta. s. Ignis aq̄ & tellus erāt unus aceruus unus cumulus: q̄a oīa simul mixta erāt. Aer: ab uerbo græco: q̄d ē flo. seu sp̄ito. & Plyneus as sentit ur: cū de elemētis agat aerā sp̄m uocās. Quatuor. n. elemēta eē cōstat: de q̄bus. Plynius ignitū sūmo: ide tot stelaz colucentiū illos oculos: proximū sp̄s: quē græci: n̄itq̄ eodē uocabulo aerem appellāt uitalē hunc. &c. & subdit Cuius ui suspēsam cū quarto aquarū elemento librari medio spacio telurem: ita mutuo complexu diuersitatis effici nexū: & leuia ponderibus ihiberi: quo minus euolent. Contra grauiā neruant suspendi leuibus in sublime tendentibus. Ignis dicitur agignēdo: seu accendo quod ide omnia nascātur. Nascēdi causa duplex est. ignis: & aqua. Hæc nuptiali die in li-

mine ponebatur: Cuius rei causas Plutarchus refert in prob. & noua nupta attingere uidebatur: de quo alias. inde ē illud in meta. & ab his oriunt cuncta duobus. Aqua etiam Pompeio teste dicitur a qua uiuamus. Tellus: terra ipsa: ut uarro inq: a teredo: inde in augur libris p simplex. rescriptum reperit. Vt semel: inq: ianus postq: ab initio chaos aptum ē: & elemēta ipsa suis in locis disposita: ego q: confusus in ea massa fuerā: diuinā accepi formam: & faciem summo deo dignam. sic prima q: stioni respondit. & quis deus eēt aperuit: nam ab initio & primum se omnium fuisse ostendit. Vt: postq. Hæc massa soluta: hoc est ipse sum chaos solutū & digestū: & appellat massam: ut illud in quo esset rerum cōmixtio cōfusa. Secessit lite rex sua rū: a discordia rex in ea pugnātū diuisa & digesta est: & redacta in suā uim & naturā elemēta. Et abiit in nouas domos: nā unū quodq: elemētum nouā sibi sedē elegit. Flāma petit cœlū: ignis ob leuitatē superiora loca petit: idē in metamorphosi. Summaq: locū sibi legit in arce. Cœlū ut a Varone refert aelius scribit dictum qd ē celatum: aut a contrario nomine celatū qd apertum. & Aristoteles primo libro de cœlo inq. Triplex accipitur: cœlum pro octaua sphaera: pro corpore quinto: & pro toto uniuerso. Locus p. prior: p. p. inq: ipse igni. Cœpit aera: & in metamorphosi. p. ximus est aer illi leuitate: locoq. Terra & fretum: mare: hoc est ipsum aquarum elementum. Sederunt medio loco: quia terra & aqua undiq: ipso aere circūdantur: ut auctore Plynto diximus cum quarto aquarum elemento librari medio spacio tellurem. Tunc eo tempore quo solutum & digestum est chaos. Ego: ianus. Qui fueram globus: & in tanta rerum confusione globatus: & ipsa rerum congeries. Et moles sine imagine: quasi massa ponderosa cōfusa & indigesta: sine ulla forma. Rediit in faciem: non quod tunc primum factus: sed quod ante fueram ex aceruo & confusa rerum congerie in diuinam formam rediit. Et membra digna deo: quia accepi formam & mēbra meo magno numini: conuenientia: sic se deum: deorum uidetur ostēdere: a quo cuncta habuerint initium. nec mirum: cum alii mundum esse ianum existimauerint: ut superius diximus. Nunc quoq: relaturus est ianus & formæ duplicis causas: & quæ sint eius officia: ut ex his apertius altera causa intelligatur.

Nunc quoq: nunc etiam. Quoniam parua nota: signum quoddam exiguum. Confusa figura est in me: cum in hoc signo confusionem primam representem. Idem uidetur quod est ante & quod est post: quasi idem posterior a tergo: qui & anterior. & quoniam in multis codicibus scriptū est tuetur: nos aliter intelligamus: & quatuor hos uersus simul iungamus. Nunc quoq: quoniam parua nota: paruū signum huius. Figura: confusa: quasi parua hæc figura meæ confusio. s. ipsa figura exigua ex parte confusa. Tuetur: respicit. Idem in me quod ē ante & quod post: uidet esse idē a tergo qd est a pectore. Accipe: tu naso. Quæ sit altera cā formæ petita: quæ sit ratio illius qd secūdo loco petiueras. Vel si superior sententia placebit: dicas. Quæ sit altera cā: secūda cā. Formæ petita: de qua qua siuisti. Fuere tū: & ante me q me legerēt. Quoniam nota parua: parua noticia est meæ figuræ cōfusa. Sed uidet stare nō posse: quoniam notā ad signū. ad maculā ad titulos referimus & habet primā breuē: qd si ad cognitōem referemus haberet o lōgū: ut notus nota notū. & noticia.

Vt simul noris hæc & officium meū: ut cognoscas & formæ cām: & quæ sit nostra potestas. Quicqd: primū iani officium: qd oia sua manu claudantur & apiātur. Quicqd uides ubiq: in omni loco. s. Cœlū: mare: nubila. i. ipsum aera p. quæ uagātur nubila. p. terea nihil aliud sunt nubila: q: aer dēsus. Terras: sic tetigit. i. elemēta: quasi di. oia q sunt i toto uniuerso. Sunt clausa & patēt nra manu: quia ego oia claudō & aperio. hoc ē qd supius diximus quadriformē fingi quasi uniuersa d. ymata: maiestate cōplexū. Me penes: secūdū officium seu potestas: qd præsit solus mūdi custodiæ.

Tertū qd ipse sit: q cœlum uertat: qd referendum est ad id qd diximus alios eū uoluisse mūdum id est cœlū eē: ianūq: ab eādō dictū: qd mūdy semp eat dū in orbē uoluit. Custodia uasti: magni.

Mundi est penes me unū: solū quasi in mea potestate: nam penes dixit qd magis significat: q apud qd ondit Vulpianus de uerbos significatōe: apud te: qd qualitercūq: a te teneat penes te: qd quod d. imō possidet abs te. Et oē ius: ois potestas. Uertēdi cardinis: uertēdi cœli: qd assidua uertigine

Vt semel hæc rerum secessit lite suarum:

Inq: nouas abiit massa soluta domos:

Flamma petit cælum: propior lucus aera cæpit:

Sederunt medio terra fretumq: loco.

Tunc ego q fuerā globus: & sine imagine moles

In faciem rediit dignaq: membra deo.

Nunc quoq: cōfusa quoniam nota parua figura

Ante quod est in me postq: uidetur idem

Accipe quæ sita: quæ causa sit altera formæ:

Hanc simul ut noris: officiumq: meum.

Quicquid ubiq: uides: cælū: mare: nubila: terras.

Omnia sunt nostra clausa: patentq: manu.

Me penes est unum uasti custodia mundi:

Et ius uertēdi cardinis omne meum est.

rotatur. seu uertendi axis supra cardines. i. supra polos: qui duo sunt: arcticus & antarcticus: & ab altero in alterum ptenditur axis. licet axē aliquā p polo accipiamus. Cū libuit: quarta iani ptās. Pacē tradere: quinta q bello etiā præsūt. de quo est illud Liuii: qd rettulimus Numā Ianū belli pacisq̄ indicē fecisse. Cum libuit: cū placuit mihi. Emittere pacē placidis tectis: p placida tecta. Aut placidis tectis emittere: hoc est mittere e templis: qui paci belloq̄ præsunt. Libera: illa pax: quæ a nemine possit inhiberi. Ambulat perpetuas uias: it per omnis uias nemine impediēte: aliqui co-

Cum libuit pacem placidis emittere tectis:
 Libera perpetuas ambulat illa uias:
 Sanguine lætifero totus miscebitur orbis:
 Ni teneant rigide condita bella seræ:
 Præsideo foribus cæli cum mitibus horis:
 Et redit officio iuppiter ipse meo.
 Inde uocor ianus: cui cum cereale sacerdos
 Imponit libum: farræq̄ mixta sale:¹
 Nomina ridebis modo nāq̄ patutius ore:
 Et modo sacrificio clusius ore uocor:
 Scilicet alterno uoluit rudis illa uetustas:
 Nomine diuersas significare uices.
 Vis mea narrata est: causam nunc disce figuræ:
 Iam tamen hac aliqua tu quoq̄ parte uides.
 Omnis habet geminas hinc: atq̄ hinc ianua frōtes
 E quibus hæc populum spectat: at illa larem.

dices habēt per tutas uias: quasi nemi-
 ne insidias uiatori struēte. Totus or-
 bis miscebit cōfundetur. Lætifero
 sanguine: lætiferæ sanguinis effusione
 pp bella: quæ p totū orbē essent. Ni
 rigida seræ: nisi duræ catenæ: seu duri
 uectes. Teneāt bella condita: absco-
 dita & inclusa in tēplo meo. hoc est ni
 si templū meū esset clausum: qd aper-
 tū bellum indicaret. Præsideo: sextū
 officiā: seu potestas: qd cæli fores ser-
 uet. & p eū eat: & redeat lux. Præsideo
 ego foribus cæli: ianuis cælestib; hoc
 erat: qd supius dicebamus quosdā ia-
 nū solem demōstrari uoluisse. & ideo
 geminum: q̄i utriusq̄ ianux cælestis
 potētem: q̄ exoriens apiat diem: occi-
 dēs claudat. Fores. n. cæli sunt oriēs &
 occidēs. unde sol & igrēditur. Cum
 horis mitibus: Homerus libro q̄nto
 iliados horas fingit non minus physi-
 ce: q̄ poetice cæli portas seruare. Cum

his ergo ianus cæli portas fuit. nec absurde ēt diceremus. Cū horis mitibus: hoc ē matutinis: & ue-
 spertinis: q̄ mites & tepatæ sūt respectu meridianæ: q̄ nimis calidæ: & nocturnæ: q̄ frigide. & maxie
 cū horis matutinis sol oriat: & uespertinis occidat. Et iuppiter redit officio meo: meo bñficio: cū io
 uē lucis auctor ē seu diē patrē supra dixerimus iuppiter hic p ipsa luce: seu diē accipiat. q̄ illius bñfi-
 cio redeat: q̄ cæli foribus p̄sider: uel itelligas quo suo officio eat & redeat iuppiter. In cur ia. dictus
 & cui cum libum offertur: quibus appelletur nominibus. Inde: ex eo: quod ianuis præsunt. Vo-
 cor ianus: ab ipsis ianuis. Cui cum sacerdos imponit libum: cum offert libum. Cereale: a Cerere
 quod ex cerealibus rebus fiat. aliqui enim dicunt libum esse genus panis. Cato admixtionem quan-
 dam esse ostendit. & libum Varrone teste appellatur q̄ primum libaretur. Et farræ mixta sale: hoc
 est molam ipsam. Nam mola Pompeio teste uocatur far rostum: & sale sparsum: q̄ eo mollito hor-
 stia asperguntur: & Var. inquit ex mola: id est ex sale: & farre mollito. Tradit Verius: ut Plynus re-
 fert populum romanum farre tantum ē frumēto trecentis annis usum. & Diony. inquit ut nos græ-
 ci: hordeum uetustissimam frugem putantes: hordei primitias in sacris damus: uias eas uocantes.
 Ita romani preciosissimum: uetustissimumq̄ fructum far putantes sacrificia omnia ignea ab eo inci-
 piunt. Ridebis tu nomina: mihi scilicet imposita: & quæ humiliora sunt mea dignitate. Nanq̄
 modo ore sacerdotis sacra facientis. Vocor patutius: a patendo. Et idem uocor clusius: a cludē-
 do. diximus enim in sacris inuocari ianum patutium: & ianum clusum: causam Macro. refert de ir-
 ruptione sabinorum per portam. & iani auxilio: de quo inferius dicemus cum etiam ab ipso repeta-
 tur. Scilicet quare ita appellatus sit: ut alterno nomine alternum quoq̄ officium ostenderetur.

Scilicet certe. Illa rudis uetustas: simplex & impolita. Voluit alterno nomine: nomine alterna-
 tim: hoc est per uices repetito: cum nunc patutium: nunc clusum dicerent significare diuersas uices
 contrarias: officii alternatōes: cum p uices nunc cludam nūc aperiā. Vis mea: multiplicem suā po-
 testatē ianus rettulit: iam figuræ duplicis cām refert: & a simili arguēs eā ostendit: p̄sertim a ianuis:
 q̄bus p̄est: unaquæq̄ ianua habet duas frontes: quæ altera qui foris sunt respicit. altera q̄ intus: idē
 facit ianitor in limine sedēs. Sic ipse ianitor ut cæli portas seruet. orientē simul & occidentem resp̄-
 cere necesse: qd nisi bicipiti forma facere non poterat. Est narrata: est exposita tibi: Vis mea: pote-
 stas & officium meum. Disce nunc cām figuræ: cur biceps sim. Tamē tu quoq̄ iā uides hæc: intelli-
 gere debes hæc causam. Aliqua parte: quæ iam multa narraui ex quibus pcipere potes cur biceps sim.

Ois ianua habet ge. frō. hinc atq̄ hinc: duas habet frōtes ianua: exteriorē: & interiorē ianuas pro
 foribus accipiamus: q̄ cludūt & apiunt. E q̄bus: ianuarq̄ frōtib;. Hæc: exterior. s. Spectat: po-

Cæsaris: ab Augusto cū æde martis ultoris dedicatis: de quibus foris diximus i principio tertiū libri tristiū. Vex quā ad tybrim uergebat erat forū piscariū. nā inqt Varro secundū tybrim ad Ianū forū piscariū uocat, recte ergo dixeris duobus foris: aut romano & boario: aut boario & piscario: nā hæc duo erāt iūctiora. Ille manu: & sequunt̄ uerba iani usq; ad. xvi. uersum. refertq; cām huius rei de q̄ sciscitatus ē poeta ad bellū sabinū: cū hostes irrupturi fuissent sua ope repulsi. De quo ita Macrobius cū ianū patutiū: & clusiū dicat: qd̄ bello pateat pace claudat: cū bello inqt Sabino raptarū gratiā cōmissio romāi portā sub radici

bus collis uiminalis: q̄ ex euctu ianuā uocata ē: claudere festinarent: q̄ in ipsam hostes iruebāt. postq̄ clausa est Mox spōte patefacta ē: cū iterū ac tertio cōtigisset: armati plurimi p̄ limine q̄ claudere neqbant custodes sterere. Cum ex altera parte acerrimo prælio certaret subito fama prulit fusos atq; nostros: quā ob causam romāi qui aditū tuebant territi p̄fugerunt. Cū sabinī p̄ portā patentē irrupturi eēnt. fert̄ ex æde iani p̄ hanc portā magnam uim torrentiū undis scatentibus erupisse: multa q; perduellū cateruas: aut exustas feruenti aqua. aut deuoratas rapida uoragie deperisse. Ea re placitū ut belli tpe uelut ad urbis auxilium p̄fecto deo fores reseraretur. hæc Macrobius. At nos mirabamur olim quo pacto diceret portā sub radicibus collis uiminalis. cū uiminalē collē longe & ab æde iani: & a mōte tarpeio distare putaremus. in quo cū præceptoribus nostris errabamus. qui dum loca urbis perscrutabātur se ipsos: & alios quoq; decipiebant. Is. n. est collis uiminalis: quem putabamus partem exquiliarum eē: ubi sunt eq̄ marmorei: phidix & praxitelis opa & tēnæ constantinianæ. in cuius radicibus extāt ipsa excelsa traiani palatia & eiusdē fora. Quæ qd̄ loca exiguo spatio a mōtibus capitolio: & palatio disiūgunt: ibi eā portā fuisse cōlicere debemus: & licet nō illi iūctus: tū ex æde sua usq; ad illam. Ianus aquas ei aculatus ē: & ut cōstet illū eē uiminalē iuenimus nup̄ plures tabulas & publicas scriptas quingētis iā antea annis cū inscriptiōe i alta semita i colle uiminali & regione caballoꝝ eāq; esse altam semitā: quæ p̄ eum collē tendit cōptum hēmus: & ibi etiā sūt ipsi caballi haberē & alia plura quæ ad huiuscemodi cōfirmatione a ferre possem. Sed longius q̄ oporteret oratio p̄gredere. Quod si q̄ ita nō scirent. Satis sit unius Pōponii nr̄i auctoritas: uetustatis diligētissimi idagatoris: & de hac re idē qd̄ ego scribetis. Sed hæc actenus. Ille ianus. mulcēs mauu barbā ppexā lōgā seu lōge pexā.

Protinus: cōtinuo. Rettulit arma: bellā & arma ipsa. Taci cæbali: taci regis sabinorū. cæbalus n. unde cæbalia dicti cretensī teste rex laconix: filius fuit Arguli filii amydati: & a se puinciā illam cæbaliā dixit: ex quā ob duritiā legū lycurgi Dionysius plures excessisse refert: deuenisseq; i agros pomētinos: Locū in quo primū cōstiterāt. Feroniam ab æquorea latione nominasse. Fanumque cōstruxisse feronix: dea: quā detractiōe littere feronā uocant. Inde p̄fectos quosdā eoz eē cohabitatores sabinis factos: ac p̄pterea multa esse sabinoz iura laconica. Maxime at̄ bellica studia. Te nitas uictus: & i oibus uitæ officiis duricies hæc ille: sed de sabinis alias: ergo taci cæbali sabinī: ab ipsis laconibus illuc p̄fectis. Et Taciū ipse post raptas a romulo sabinas Romanis bellum intulit. Utq; leuis: & retulit ianus. ut leuis custos: tarpeiaq; custodia arcis præerat. Capta armillis sabinis: capta cupidine sabinarum armillarum. Duxerat tacios: taci milites ipsos sabinos qui sub eo militabant. Ad iter summæ arcis. ad uiam qua in arcem capitolinam ascendebatur. Tarpeia. Tarpeii filia: cuius supra meminimus armillas: quæ ornamenta sunt sabinoz brachioꝝ hēndi cupiditate sabinis romanā arcē pdidit. Ideo leuis custos dixit: q̄ p̄ re uili magnā pdidit. alii dicunt captam ornamentis aureis & annulis: q̄ in sinistris brachiis sabinī gestabant. alii aurum: petiisse uestalem: & nō armillas. armillæ sunt ornamenta uiroz: quæ in sinistris brachiis ferebantur. sic dicta ab armis. i. humeris: inde armillū: Pompeio teste uas uinariū in sacris. Verum ipsa uirgo: cū promissa peteret sabinis scutis ibidem est obruta. & ab eā tarpeius mons dictus. Sed poeta simul: cuius Plutarchus meminit: prorsus insanire creditur: existimans non sabinis: sed Celtis Tarpeiam capitolium prodidisse cum eorum regem deperiret: sic ait Dum capitolinum coleret tarpeia collem: Gallorum exardens regem tunc hostibus urbem Prodidit: & patrias euertit perfida sedes cedes Nec multo post iqt: Arborei celtæq; simul populosa iuuetus Hanc fluuio imersam spectata cede piarunt. Insuper horrentis clypeos atq; arma ruētes. Inde: ex ea arce. Erat cliuus in ualles arduus: erat descensus difficilis. nam arduum dicimus altum & difficile. Unde in meta. ardua prima uia est quod erat alta & difficilis assensu. & cliuus: magnus inflexus a quod est inclino. eratque & cliuus capitolinus & cliuus publicus. Varro trium cliuorum meminit: publici: publici & custonii. & inquit Cliuus publicus ab ædibus blebei publicis: qui eum publice ædificauit. Simili

Ita hic accipitur: ut apud Virg. Turgent in palmitē gemmæ. Tument de palmitē grauidō: qui tana plenus est naturali humore uel per translationem a grauidis parientibus: ex eo q̄ turgentē gēmas palmes pariat: & inferius in quarto libro. Nunc tumido gemmas cortice palmes agit. Palmes n. aliqui esse uolunt uitium capita. Pompeius tamen inquit: palmītes uitium sarmenta appellantur: q̄ in modum palmarū humanarū uirgulas quasi digitos edunt. Et modo uerno quoq̄ tempore. Arbor operitur: tegitur seu cooperitur. Frōndibus formatis: quasi suam formam resumētibz:

Et modo formatis operitur frōndibus arbor:

Prodit & in summum seminis herba solum.

Et tepidum uolucres concentibus aera mulcent:

Ludit & in pratis luxuriatq̄ pecus.

Tunc blandi soles ignotaq̄ prodit hirundo:

Et luteum celsa sub trabe figit opus.

Tunc patitur cultus ager: & renouatur aratro:

Hæc nouitas anni iure uocanda fuit:

Quæsieram multis: non multis ille moratus

Contulit in uersus sic sua uerba duos.

Bruma noui prima est: ueterisq̄ nouissima solis

Principium capinnt phæbus & annus idem:

Post ea mirabat: cur non sine litibus esset

seu natis sub forma naturali aliqui legunt: formatis uitibus: quæ formantur ipsa supputatione ab initio ueris de quo plynus: hæc uites consura annua coercentur. Arbor: dixit quia ulmis adiunguntur: ut Virgilius: Ulmisq̄ ad fungere uites: & populus altis i locis: de quo Plynus in campano agro populus nubūt. Et herba seminis: quæ a semine pcedit. Prodit in summū solum: exit in telluris summitatē: quæ tūc segetes & ceteræ herbæ emergūt. sic etiā in quarto: Nunc herbæ rupta tellure cacumina tollūt. Et uolucres: lætæ iam uerno tempore: & ad nidificandum paratæ. Mulcent: de mulcere & delinire uidetur. uelut humanas aures. Aera tepidum: aera uernum hyemali tepidiorem & tēperatiore.

Concentibus: uaria causatū suauitate. Et pecus ipsa animalia effigie humana carētia. Luditur iocatur. In pratis & luxuriat: lasciuat: uel ad amoris stimulos referas. Tūc: uerno tempore. Blandi soles: lenes & temperati: & nos ad suos radios allicientes. Et hirundo ignota prodit: in apertū exit: quæ tunc redit. Ignota: quia nō scitur unde ueniat: aut quo secesserit. Plynus tamē inquit abire hyrūdines i montana aphricæ secutas montiū recessus: inuenta s̄q̄ ibi nudas & deplūes. Aristoteles aut. vii. de aialibus ait hyrūdines in hyeme uel latere in arborū cōcauitatibus: uel se ad loca calida trāsferre. Et fugit: cōponit. Opus luteū: nidū ex luto. Sub celsa trabe: sub altis domogz trabibus in ipsis laquearibus. Vnde & gellio Toxius cæli filius: lutei ædificii inuētor placet. exēplo sumpto ab hyrūdinū nidis. Tunc ager patit̄ cultus: quæ cōgruū illud tps ad excolendū agrū. Et renouat aratro: nā aratro p̄scindit: & plynus inquit tepidioribus locis a bruma p̄scindi arua oportet. frigidioribus ab ægnoctio uerno: idē a moderato & aliis asserit. ager ut Var. inquit dicit̄ q̄ i eo aliquid agat. Quintilia. a græco detorquet. græc. n. dicit̄. Iute hæc uocāda fuit anni nouitas: merito ob ea quæ dicta sunt appellari debuit illud anni principiū. Quæsierā multis: longa amplificatio uerborz: usus a iano quæsierā cur nō esset ea anni renouatio. Ille ianus. Nō multis moratus nō me multis uerbis in mora detinēs. Contulit sua uerba i duos uersus: suā sniam & rei rōnē duobus tantū uersibus explicuit. Bruma: rōnē affert Ianus in bruma solarē cursum terminari: & renouari sic ab ipsa solaris cursus renouatione renouari annū: quæ ad ipsius solis cursum iſtitutus est: & si quis quæreret: cur nō idem in æstiuo solstitio: cū etiā cursus solis terminari uideat̄: & sol ab ultimo gradu rācri i capricornū redire icipiat. Respondet: Annus ex diebus cōstat. Dies nihil aliud ē nisi solis lōmē: ad cursum crescit & decrescit. Quod deficere icipit: ichoare nō dicit̄. Quod at̄ crescit p̄ceptū p̄iū habet icremōti ut cū decrescit decemēti. Dies Post hyemale solstitiū: cū sol cursum p̄trahere icipit maiores eē icipiūt. ergo ab ipso icremēti principio iure principiū ānus capit: nō ab ipso solstitio æstiuo: cū dies decrescere icipiūt. Plutarchus de hoc disserit p̄blemate. xviii. & post aliquas opinionones inquit. Sed uide: ne Numa Pōpilius magis cōsentaneū naturæ: quātū ad nos attinet: principiū anni sūpserit oīno. n. eoz q̄ i circulo circūserūt: nihil ē: qd nā: aut extremū sit: aut primū. Sed lege factū ut aliud ab iſtituat̄ āni principiū. Optime uero quæ post hybernū tropicū ānū icohāt: cū sol finē ulterius p̄gredi cōdi faciat: rursus ad nos se recipit. sit. n. naturale quodāmō huiusmodi principiū quo & lucis tps auget̄ i tenebrarz uero & noctis diminuit̄. p̄iceps dēiq̄ & rotius substātiæ fluxa auctor p̄p̄ius accedit. Bruma ē priā noui solis: hyemale tps ē primū solis: q̄si hyemali tpe exacto cursu sol nouus redire icipit. nouus: quæ renouare cursum icipit: rediēs a capricorno in cācrū. bruma a breuitate dierū dēā. tps illud ē cū breuiiores dies sūt. & ut Florētinus p̄iceps oñdit ab octauo calēdarū decēbriū usq̄ ad nonū calēdarū ianuariarū celebrabāt̄ festa brumalia. Et ueteris solis nouissima: ultima solis cū cursum p̄ficit. hoc dicit in bruma sol cursum p̄ficit & renouat. Phæbus & annus ca

uenit. Et erunt testes: Iuga: summitates montiū. Nemoris nonacri: Nonacrim esse Arcadiae
montem diximus & Htginus: ubi multa de Calisto fabula retulit: ait quæ res in nonacri monte ar-
cadia gesta demonstrat. Sed multi dicunt a nouem eminentioribus montibus Nonacriā dictam ēē
Arcadiam ut Trinacriam Siciliam. Sed hic nemoris nonacri pro nō acri monte nemoroso dicit.

Cicta pinetis: q̄a plena sunt pinu. Et alta trozene: trozen: & trozene idem est urbs arcadiae ap̄
sinū hermatonicū a mēto sedens. & eminenti in colle in quo saepe feliciori tempore ludebam carmi-
na. Et niues parrasia: parrasiam superius arcadiā dictam fuisse diximus. & erat etiā parrasia urbs.

Sed hic parrasia niues: quasi niuo si omnes Arcadiae montes. Pan erat: In Arcadia pan pecorū
& aquarum deus erat: & pro ouium in columitate pani. numera offerebant. Pan erat illic: in archa-
dia numen. Armentis: deus pecorum: q̄a illorum custodia: & tutelae præerat. Nam ea tuebatur.

Erat pan illic numen aquarū: etiam & aquarum deus. Ille pan. Ferebat munus: quia sibi mu-
nera offerebantur. Ob. ques incolumes: quas ab omni morbo tuebatur. Translucit: iam retulit
unde sacra habuerint: originē hoc ab arcadibus. qui in arcadia plurimum colebat. Nunc refert unde
de in italiā uenerint. Illa inquit ex arcadia in italiam in locis ubi condita est Roma. Euander trans-
uexit. Euander: de hoc superius diximus. Translucit secum: nummia siluestria: quasi panis sacra:
q̄ dñs est siluarum: ut diximus. Huc: in italiam. Vbi nunc est urbs: roma. s. Tunc: euandro ad-
ueniente. Erat locus urbis: nouū erat condita: sed ibi cōdi debebat: quæ esset futura orbis dñā.

Inde ab illa translatione euandri. Colimus nos. s. latini. Deū: panas. s. Et sacra deuecta pelasgi
s. translata in latiū ab arcadibus: nam ut superius diximus. Eustathius arcadiam inquit aliquādo ap-
pellatam fuisse pelasgiam: aliquādo lycæoniā: aliquādo gigantida: aliquādo parrasiam. Fla-
men dialis: hoc est iouis sacerdos. Erat prisco more: ueteri consuetudine. Ad hæc sacra. s. perfici-
enda. Flamen: Varro inquit flamines q̄ in latio capite uelato erant. semper: ac caput cinctum ha-
bebant filio: flumines dicti. Hox singuli cognomina habēt ab eo deo cui sacra faciunt. sed partim
sunt aperta: partim obscura. aperta: ut Martialis: uolcanalis: obscuro dialis: & furialis. cum dialis a
ioue sit. & reliqua. Cur igitur: In his Fauni sacris nudi iuuenes curreant. Causas querit ergo cur
currant. & cur nudi. & ipse causam explicat q̄ discurrrens sua uelocitate deus discurrētes etiā optat:
& sine uestibus. nam uestes cursum impediunt. Præterea & ante q̄ essent homines i ciuilem cultum
reducti uelut siluestres ferae debebant: præcipue sine lanarum usu. ergo cum hoc sacrum ab arcadia

Attigerit latias unde petita domos.
Pana deum pecoris ueteres coluisse feruntur
Arcades arcadiis plurimus ille iugis.
Testis erit pholoe: testes styphalides undæ.
Quique citis ladon in mare currit aquis.
Cinctaque pinetis nemoris iuga nonacri.
Altaque trozene: parrasiaeque niues.
Pan erat armentis: pan illic numen aquarum.
Munus ob incolumes ille ferebat oues.
Translucit euander siluestria numina secum.
Hic ubi nunc urbs est: tunc locus urbis erat.
Inde deum colimus: deuecta que sacra pelasgis:
Flamen ad hæc prisco more dialis erat.

bus emanarit: quæ gens vetustissima est in vetustatis monumentum ueterum etiam mores referuntur. Cur igitur currant: sacra ipsa celebrantes. Et cur est mos: consuetudo. Currere & rō. uertit uerba in quæcūq; interrogātem. Rogas: interrogas. Cur corpora sunt nuda posita ueste: cur de nudantur: posito uelamine. Ipse deus: pan. Velox: celer. & Horatius in odis: Velox amicum saepe lucretilem Mutat lyceo faunus. Gaudet discursu in al: mon. q̄si modo hac: modo illac p̄ altor mores currere. Et ipse con. subi. su. repentinos & celeres cursus concipit aīo. & exercet corpore.

Cur igitur currāt: & cur sic currere mos est:

Nudaq; sunt posita corpora ueste rogas.

Ipse deus uelox discurrere gaudet in altis.

Montibus: & subitas, concipit ipse fugas.

Ipse deus nudus nudos iubet ire ministros.

Nec satis ad cursus: cōmoda uestis erat.

Ante iouem gemitum terras habuisse feruntur

Arcades: & luna gens prior illa fuit.

Vita feris similis: nullos agitata per usus.

Artis adhuc expers: ut rude uulgus erat.

Pro domibus frōdes norāt: pro frugibus herbas:

Nectar erat palmis hausta duabus aqua.

Nullus anhelabat sub adunco uomere taurus.

Nulla sub imperio terra collentis erat.

Nullus adhuc erat usus equi: se quisq; ferebat.

Ibat ouis lana corpus amicta sua.

Sub ioue durabant: & corpora nuda gerebant.

Docta graues hymbres & tolerare notos.

Ipse deus: cā cur nudos ministros optet: quia & ipse nudus. Ipse deus nudi amici: tñ ut alii pelle caprina: ut alii pelle Inuli. Inulus appellatur ceruus: puus in primis mensibus. Iubet ire currere. Ministros nudos: in sacris ipsis Nec uestis erat satis com. ad cursum: nam esset potius impedimēto quā expeditioni. Ante iouē: nūc aggreditur siluestre ipsum uetustatis cultū. Sed cū uetustissima oīum esset gens arcadica: quæ pana colebat in Panis sacris uetustatis cultus refert. De uetustate Arcadiae diximus superiore libro: d qua etiā & Strabo inquit. Arcadicae gentes græcā nationē uetustate præstare credunt Azanes atq; Parrasii. & cæteri generis eiusdē. Ergo arcades feruntur habuisse terras: quasi terras habitasse. Ante iouē genitū: anteq̄ iupiter gigneretur: hoc est anteq̄ dii cēnt.

Et illa gens fuit prior luna: & superior Orta prior luna. & cætera: Vbi & cur hoc creditū sit: rettulimus. & lycophrone teste pp̄ gentis antiquitatem arcades πρὸ λουῆων: id est anteluna

nares dicti sunt. Vita: illorum. s. arcadum uetustissimorum. similis erat. s. feris. id est ferinæ uitæ. Nam uelut feræ degebant. Agitata: frequentata. seu exercita. Per nullos usus: per nullam cōsuetudinē: aut cōuersationē. Seu nullā industriam erat uulgus adhuc ad ea tempora. Expers artis: sine ulla arte. Estrude: impositum: informatum. nam neq; a se habebant: neq; ab aliis acceperant ciliuorem cultum. Nullum adhuc illis fuerat: cum cæteris hominibus cōmercium. Norant: illi scilicet. Frondes. pro domibus: quia non fabricabant mania. sed nemora incolebant. ideo frondes dixit quasi frondosas arbores. Et norant herbas pro frugibus: non erat illis usus frugum. sed illarū loco herbas edebant: neq; usus uini. & ideo. Nectar: hoc est potio: sed proprie nectar deorum potio est. Erat aqua hausta: epota: aut hausta e fonte. Duabus palmis: quia poculorum adhuc usus nō erat. Sed manus poculorū officium explebant. Domū cōstituerūt primi Curialus & Hypbius fratres athenis antea specus erant pro domibus: Gellio Toxius cœli filius lutheti ædificii inuentor placet exemplo sumpto ab hyrundinū nidis: ut superius quoq; diximus. Diodorus structuram domos ueste assignat. Nullus: nō erat usus aratri: non agrigationis. Nullus taurus: nullus bos.

Anhelabat sub adunco uomere: quia nō domabat: nec ad aratrū cogebat. ideo nō anhelitū crebrū emittebant qui prouenit ex motu laborioso. Nulla terra: nulla terræ pars. Erat sub imperio collentis: hoc est agricolæ: nam nondum cupido parebant arua colono. Nullus adhuc: nondū erant domiti eq; sed quisq; suis pedibus incedebat: neq; erat usus laificii. Nullus erat ad. usus equi. equo uehi Bellerophon primus edocuit. quoq; frenos Peletroniū inuenit. Quisq; ferebat se: nō uehebatur equo: sed suis pedibus ambulabat. Ouis ibat amicta corpus: habens corpus amictum: coho pertū. Sua lana: quia non tondebatur ad hominum uestes non erat usus lanificii: sed sine uestibus degebatur. De huiusmodi artium inuentoribus ita a ply. refertur: qui ex italia infecere lanas sardū textilia: fuxum in lanificio Clestor filius aracnes: linū & retia Aracne: fulloniam artem Nicias megarensis: sutrinam bacius. Durabant sub ioue: sub dio: hoc est sub aperto cœlo: quia tectis carebāt. durabant ergo: quasi patiente perseuerabant sub aere. Et gere. nu cor. quia sine uestibus. Docta: corpora. s. Tolerare gra. molestos. Aut graues: noxios. Hymbres: nymbos & pluias. græ. n. οὐσπρὸς hymbes: nymbus. Et tolerare no. uentos. sed notus proprie est meridionalis uentus.

Et saepe indu. pluuias: dicitur a Notō quod est humectō: sed Notō oia humefacio. Nunc quoque nunc etiam. Detecti: hoc est nudī. Referunt mo. quasi representant memoriam. Moris uetustū antiquae consuetudinīs. Et testi. ipsi Iuperci. s. Antiquas opes: quae fuerint antiquis: quasi referunt antiquam paupertatem: cum nudi sint. Sed cur: rettulit primo ludorum Iupercorum morem ad morem uetustissime gentis: nūc idem ad Faunū ipm referet. q̄ odio uestes habeat: cum obmutationem uestiū herculis & Omphales deceptus fuerit: fabulamq̄ ipsam narrat: quam mox explicabimus. Sed cur: fau. preci. fugi. uelamina: cur maxime odio habeat & euitet uestes. Traditur fabula plena loci antiqui: hoc est traditur fabula antiqua plena loco. Forte comes Hercules cū ab Euritho i Oechalia dñanti solē filiā in uxore petēs repulsam habuisset iurta motus Euryti abegit equos. Iphitus ad illos inuestigādos. Tyrinthū accessit: iussus turrim ascendere speculatū: cū non uideret ab hercule praiceps deiectus est: ob cuius mortem cū in morbū incidisset: ut se a cede mōdaret ad Neleū accessit. qui cum filios consuluisset omnes praeter Nestorem purgandū esse minime censuerūt. Accessit ad Deiphobum Hippolyti filium. nec sanatus ē: cōsuluit Apollinē: responsum est facilem eius ualitudinis curam fore: si iusto uenderet precio: pecuniaq̄ Iphiti filiis daratur. coactus parere: cum quibusdam amicis in asiam nauigans: sponte sua uenundatus: seruus Omphale uirginis factus: filiae Iaradanae eorum reginae qui aliquando meonit: nunc Lydii dicuntur. precium cum Iphiti filiis datū eēt pristina ualitudine recuperata: omphale seruās: omnes eius regionis latrones sustulit. Praedones regiōni in festos partim peremit: partim omphale uinctos tradidit: & alia multa fecit: cognita eius uirtute: & q̄ esset omphale & liberū fecit. & ex eo gemit filium. Iamone. ergo dū omphales seruus esset: poeta inquit: Dū per Lydiam comes dominae accederet: omphales amore captū faunū fuisse: notatq̄ cum in antro requiesceret ad illos accessisse. Sed cū hercules & omphale uentem mutassent eamutatione delusum pestes non a mare. & ideo nudos ministros suis in sacris optare. poeta fabulā hanc fauni late explicat. & nos suis in locis: quibus opus est: dicemus. Iuuenis Tyrin. hercules a Tyrintho oppido: de quo supra diximus. Ibat forte co. ompha. cui seruebat. Faunus ipe Pan. Vidit utrū. her. & omphalē. Ab excelso loco: a summo mōte: nana & in mōtib. Lydic uersabatur: de quo multa dicuntur in meta. Vidit repetitio est uerbi: nam & uidit. Escaluit. i. arsit amor illius omphales. Et dixit o numina montana: hoc est oreades: quae sunt deae montium: qui enim per montes uagabatur mōtanās nymphas amabat. Sed uisa omphale illas alpernat. Dixit montana numina: o oreades. Nil est mihi uobiscum: quasi non amo uos. Hic erit ardor meus: omphales. s. nam hanc ardeo. Ibat maonias: omphale a patria: nam Lydia Maonia dicta est. & inde maones populi: quos uocatos aliquando maonas inquit Strabo. maonas est apud Strabones omnes. Sed uel fuit librariorum: aut traductorum ignorantia: non nostro sermone utrūq̄ maonas sonare debet. Nam est apud Eustathii. nostrum dicitur Ἰωνῶν. i. maones: nam illud ita uertitur in e longum a nostris: aut Ἰωνῶν per. i. que est diphthongus: & in a diphthongum nostram uertitur. & sic etiam ipso sono meonas dicimus: diphthongate tamen. ergo non maonas: sed per ae maonas dicendum est. Ergo ibat maonias omphale maonia. perfusa humeros: habens humeros perfusos. Capillis odoratis: propter unguenta. s. quorum usus est Lydis. Conspicienda: digna conspicit uel cōspicua. Aurato sinu: ueste aurata filo aureo cōtexta. sinu hic pro ueste: aut pallio: quod & superius ostendimus. Aurea umbracula: hoc est aurea uelamina: uel auro contexta umbram facientia. Pellebant soles tepidos: hoc est calores solis. Quae tamen: umbracula. Sustinuere manus herculae: manus herculis: nam ipse sua manu sustentabat: uelut nunc de morte est supra magnorum dominorum capita pallia ferre: quas ueneri umbrellas uocant: melius umbracula dicuntur. Iam hercules & omphale. Tenebant: occupabant pedibus. s. Nemus bacchi: pro bacchi nemore: cū de maonia agat regionem illam exustam uocatam: quae & maonia dicta est: intelligere debemus: Nam ut Strabo & Eustathius asserunt: cinerulenta in superficie dicitur: & tota arboribus caret: praeter uitem. et go cum nullas habeat arbores nisi uitēs: quibus & optimis abundat: bacchi nemus die

Nunc quoque detecti referunt monumenta uetusti.

Moris: & antiquas testificantur opes.

Sed cur praecipue fugiat uelamina faunus.

Traditur antiqui fabula plena loci.

Forte comes dominae iuuenis thirinthius ibat.

Vidit ab excelso faunus utrunque loco.

Vidit & incaluit: montanaque numina dixit.

Nil mihi uobiscum est: hic meus ardor erit.

Ibat odoratis humeros perfusa capillis.

Meonis aurato conspicienda sinu.

Aurea pellebant tepidos umbracula soles.

Quae tamen herculae sustinuere manus.

Iam bacchi nemus: & tinolo uineta tenebant.

vetur: quæ quidem uetes exustū uinum ferūt ita elegans: ut nulli cedat: cuius exemplū ex Catania deprehendi potest: quæ quāq̄ cinere operata sit: optimū tamē & largū uinū gignit. Vnde perurbane quidam bacchum ignigenam dicūt. Et tinoli uineta: Tinolus in Lydia felix: ut Strabo inquit mons: qui in uertice speculā habet exedram albi lapidis: quā Persæ condiderūt: iminet ipse mōns sardibus q̄ urbs ut Eustrathius ait: regia est lydorum. Ex Tinolo Pectōius fuit harenas aureas habens: & Tinolū uitisbus consitū Plynius dixit. Vineta ergo tinolis: bacchi nemora itelligit. Hesperus: uesp̄ &

Hesperus: & fusco rosidus ibat equo:

Antra subit tophis laqueata & pumice uiuo:

Carrulus in primo limine: riuus erat.

Dūq̄ parant epulas: portandaq̄ uina ministrat

Cultibus alciden induit illa suis:

Dat tenues tunicas: getulo murice tinctas:

Dat teretem zonam. qua modo cincta fuit.

Ventre minor zona est: tunicarum uincla relaxat:

Vt posset magnas exeruisse manus:

Fregerat armillas non illa ad brachia factas.

Scindebant magni uincla parua pedes.

Ipsa capit clauamq̄ grauem: spoliūq̄ leonis:

Conditaq̄ in pharetra tæla minora sua.

Sic epulis functi: sic dant sua corpora fumno

Et positis iuxta secubuerē thoris.

Causa reptoni uitis quia sacra parabant

Quæ facerent pure: cum foret orta dies.

Vir. Ite domum Saturnæ uenit hesperus: ite capellæ. stella ē serotia: quæ & mane lucifer. Rosidus: humidus & hoc a noctis humiditate. Ibat equo fusco: quia fusca est nox. p̄ hanc enim circū conlocutionē principiū noctis demonstrat: uel equo: fusco p̄ metaphorā. i. cursu obscuro: quia post solis occasū luscet. De uespere: q̄ & lucifer saepe diximus. Sed Diodorus hesperū inquit Atlantidis filiū iustitia ac humanitate insignē: q̄ cum in atlantis montis cacumē ad obseruādos astrorū cursus ascendisset subito a uētis arreptus nequaquam amplius uisus ē ob eius uirtutē casū miserata plebs honores sibi præbēs imortales: astrum coeleste lucidissimū eius nomine uocauit: & reliq̄. Sed alii uolūt ut idē sit hesperus & uesper. Antra: adueniēt e nocte nō petiuere palatia: sed antra n̄ manu facta: sed natia.

Subit: Hercules ipse. Antra crytas. gr. ἀντρή. Laqueata: non tñ arte: sed ipsa natura. Thophis & uiuo pumice: sunt hæ lapidū species quibus

notæ. Riuus garrulus: ab aquarū murmur: quasi strigidulus riuus. a p̄o qd̄ est fluo. In primo limine: ante ingressū ipsius antri: ut auget loci amoenitatē. Dūq̄ parant. dum parabant a ministris epulæ: quibus uescerent: omphale suis uestibus herculē adornauit: ipsa uero herculis arma & uestes accepit. & post epulas somno: diuersis tñ thoris se dederunt. Et dū mini. q̄ seruebant: Parāt epu. & ui. po. il. omphale. f. Induit: uestiit. Alcide: Hercule: ab Alceo Amphitriōis patre: ut alias diximus suis uestibus illa illum induit. Dat: omphale. f. herculi. Tunicas tenues: subtiles. Tinctas getulo murice. quasi purpura ex aphrica. getuli. n. aphri. sunt. & in aphrica in getulo oceani litore seipū purpurarū rorē Ply. esse testat de purpuris & muricibus superius diximus. Dat zonā teretē: cingulū rotūdū. zona ἰώνη gr. dicitur a ἰώνη: quod est cingo. Quā fuit ein. mo. ipsa omphale. Ventre mi. hercules membrosior erat: corpulentior ipsa omphale. ergo neque tunicæ: neque zona illi apta erit. Zona: omphales. Est minor uē. herculis. f. & ipse hercules. Relaxat: apit. Vincla: laqueos. Tunicarū ut pos. exe. p̄ exerere. extrahere. Magnas ma. nam foramina non erant capacia. Fregerat: cū uellet brachiis suis hercules aptare armillas dñæ: fregit similiter & calceos: de armillis superius diximus ibi: armillis capta sabinis. Fregerat armillas: brachiorum ornamēta. Non factas ad illa brac. herculea. f. sed ad omphales. Magni pedes: herculei. f. Scindebāt uin. pu. hoc est calceos puos. Nā his pedes uinciunt. & magnitudine pedes herculei scindebantur illi. Ipsa: omphale. Capit clauā: qua Hercules utebat. Graue pōderosam. Et spoliū leonis: Hercules semp. p̄ amictu leonis pelle usus ē. spoliū dixit: quia erat pellis leōis nemet: quē Hercules interfecit. Et capit tæla mi. q̄ minora erāt e tælis herculeis. Cōdita i pharetra sua: propria. accipit e pharetra sagittas minores. Sic hoc est eo ornatus: seu mutato cultu. Fūcti epu. q̄ sic discubuerē.

Sic: reperitio ē. Sic ornati: mutatis uestibus. Dāt sua corpa somno: reddūt se geti. Et secubuerē. i. seorsum cubuere. & diuisim. Thoris: lectis. Iuxta. i. ppe. Positis: quia prope erat alter alteri. Causa: secubabāt hi cū essent mane baccho sacrificaturi: qd̄ p̄ castas manus fieri solebat. Atūt. n. Orpheū orgia. i. sacrificia bachi instituisse a mēstruosis solū mulieribus: qñ ab ipsarū cōmixtiōe uirtū abhorreāt celebrari. & hoc ut caste fierēt. Sic ab his secubabāt: ut caste bacho sacrificarēt. Causa: ē. f. q̄re secubuerē. Quā parabant sacra reptoni uitis: parabant sacrificia bacho. Nā eū uini ueteres: reptonē putauerē. Quæ: sacra. f. Facerēt pure: hoc ē caste. Cū so. or. di. q̄ primū dies illuxisset:

LIBER SECVNDVS.

uel et mae. Noctis erat: sopitis dñs & seruis: cū esset media nox: Faunus illuc concessit. Erat me. no. q̄si erat media nox. Quid nō au. amor. ipro. ifanus: q̄si ifanus amator: & ē metonymia: spēs: & Virgi. Improbe amor qd nō mortalia pectora cogis: auget ergo oia amator in sanus. Faunus uer ad an. ad ea ī qbus illi recūbebant. Roscida: humida. Per tene. p. obscura: q̄a noctis tpe: cū tam si bi traditam oportunitatem putaret. Vtq; & ut faunus ipse. Videt comi. famulos: q̄ eos comitābant. Grauatōs som. & ui. alter. n. facit alterū. nā ē uino sit somnus. Capit spē. i. spat. Esse idē so. ido. q̄si itidem dormire dños ut fa. mulos: putabat herculē & omphalem. iā dormire. Intrat: ingreditur antrū.

Adulter: non q̄ erat: sed qui eē cupiebat. Teme quia nimis audebat. & iō temerarius: quasi iprudens & audax.

Erat huc & il. nā sine lumie icedebat. Et prae. antefert. Et subseq. cau. ma. ut moris ē p. obscura icedētium semp manus pferūt: ne crura aut uultū ifringāt. & sic p̄entes manus subsequit: q̄si post seq̄: ita nūc faunus. Venē: ap. p̄ulit prio cubili. i. quo ompha. reges. cebar. sed q̄a illa amictu herculis: hoc est leonis pelle tecta erat: putans hercu. esse ceptis pertinere & sustinerē manus. Venē. ipse fau. Ad cu. ca. q̄ captauerat. Le. strā. instrat: aut iacētis: q̄a ad ompha. lectum. Et erat futu. se. prima sor. prio euetu. aut: prio casus: quia uenerat ad lectū: quē cupiuerat.

Vt: postq̄. Tetigit: faunus. Vellera hirsuta fetis: q̄si uellera setae hirsuta: uel uellera hirsuta: q̄si hirta. & af. pafetis. i. pilis. Leonis fului: ruffi: q̄ proprie est leonis color. Percimuit: q̄a putabat hirculē esse. Et sustinuit manū: quasi sursum tenuit: eleuauit manū ne sentiret hercules: cū eū putaret esse. Er attonitus: q̄si concussus. Me. tu: timore. Redit retrocessit: redit hoc i loco illud it haber ultimam lon.

gam: ratio: quia compositis ab eo is: hae tempora in tertia persona: cū syncopatur: ut adit pro adit. ubi. subit pro subit: illā ultimā producunt: ut plerūq; apud Qui. ipm Nō adit apte: nec legit idonea credo &c. Vt saepe uiator rettulit pedem: retrocessit. Pedem turbatum. i. commotum. Viso angue: naturale est. solemus enim expauescere: aut uisum: aut calcatum anguem ob uenenum: & frigiditatem. Iuuenalis Palleat ut nudis pressit: qui calcibus anguem. Viso angue: uiso serpente. Inde tori: secessit ē cubiculo Omphales: cum ibi Herculem esse putaret. & accessit ad Herculem de ceptusq; est uelaminibus puellae: quibus ille tectus erat. Inde postea. Tangit mollia uelamina: mollia: quia non erat hirsuta leonis pellis: sed sericae uestes omphales. Tori: lecti a tortis herbis.

Qui erat uinctus: qui erat ibi contiguus. Et decipitur mendaci nota. i. falso signo muliebrum ornamentorum. Ascendit: torum illum. Et recumbit: resupinat se: aut collocat se. Sponda sibi ppriore: ea parte lecti: quae sibi magis erat propinqua. spunda. n. pars lecti est. Et inguen tumidū. i. penes inflatus & arectus. Erat durius cornu: dura sunt fauni cornua. Sed nūc durior erat penes.

Interea: faunus. Subduxit: quasi eleuauit. Tunicas: uestes. Ab ima ora. i. ab extremitate inferiore uestitū: coeperat uestes eleuā. ora. o. extremitas iterdū: seu margo ē. Horrebant crura aspa: quasi horrida erat. Densis pilis: dēstare pilorū. nō erāt crura leuia qualia ille sperauerat. Cetera: eleuauerat uestē. & cum uellet se ad rē accingerē: herculis cubito excussus ē. Heros tyrinthius: hercules. Reppulit excussit. Cubito tētātē: faunū moliētē. Cetera: negotia. Ille faunus excussus

Decidit e sū. tho. excussus ab hercule decidit humū. Fit sonus stripitus ex eo fauni casu. Meo nis: omphale meonia. Inclamat eo. i. clamare ē cōiitiis & malepictis ifectari: ita illa i suos iclamat. Et po. lu. lucē accēsa facis. Acta: q̄ acta erāt. Patēt: sūt manifesta. Illatis igni. al lato lumi

Noctis erat medium: qd nō amor iprobis audent

Rosida per tenebras faunus ad antra uenit.

Vtq; uidet comites somno: uinoq; grauatōs:

Spem capit in dominis esse soporis idem.

Intrat: & huc: illuc temerarius errat adulter:

Et praefert cautas: sublequiturq; manus.

Venerat ad strati captata cubilia lecti

Et felix prima sorta futurus erat.

Vt tetigit fului fetis hirsuta leonis

Vellera percimuit: sustinuitq; manum.

Attonitusq; metu rediit: ut saepe uiator

Turbatum uiso rettulit angue pedem.

Inde tori qui iunctus erat: uelamina tangit

Mollia mendaci decipiturq; nota.

Ascendit: spondaq; sibi proprie recumbit

Et tumidum cornu durius inguen erat.

Interea tunicas ora subduxit ab ima:

Horrebant densas aspera crura pilis.

Cetera tentantem cubito tyrinthius heros

Reppulit e summo decidit ille toro.

Fit sonus: inclamat comites & lumina poscit

Meonis illatis ignibus acta patent.

ne. Ille: faunus. Deiectus gra. moleste uel ponderose. Ab alto lecto ge. suspirat: uel gemitus edit. Et uix tol. p. attollit: hoc ē cū labore attollere poterat. Sua mem. de du. hu. tā graui ter ceciderat ut uix assurgere possēt. Ridet: faunus i eo casu oibus risū excitauit. Ride casū fauni: & alci des: hercules. Et q: ceteri: q. Videre iacētē: faunū. Lyda puella: omphale ex lydia. nā quā meo nia regio prius uocabat̄ appellata lydia a Lydo Athios filio. Ridet ama. suū: ridet casū fauni: qui eā amabat. Viste: hęc igit̄ cā est: cur nudos ministros i sacris suis optet: q̄a uestes odit: q̄bus delu-

Ille gemit lecto graui ter deiectus ab alto:

Membraq; de dura uix sua tollit humo.

Ridet & alcides: & qui uidere iacentem:

Ridet amatorem lyda puella suum.

Veste deus lusus: fallentes lumina uestes

Non amat: & nudos ad sua sacra uocat.

Adde peregrinis causas mea musa latinas:

Inq; suo noster puluere curra equus.

Cornipedi fauno cæsa de more capella

Venit ad exiguas turba uocata dapes.

Dūq; sacerdotes uerubus transfuta salignis

sus ē ipse faunus. Deus: faunus. Lu sus: delusus. Veste: omphales: quā cū hercule mutauerat. Non amat: ergo odit. Vestes salētes: q̄bus fallunt̄: de cipiuntur. Lumina .oculi. Et uocat nudos ministros. s. aut Iupcos. Ad sua sacra: ut sibi sacrificent. Adde p̄ egri. hactenō poeta Iupcaliū externas causas retulit. nūc latinā relaturus est: hęc aut̄ multiplex referē: ipse tñ hęc re censer Romulū. s. & Remū: dū fauno sacrificarēt: dū pararēt̄ epulā: nudos se cū comitibus ludo exercentes uoca tos ex alto a pastore: monitosq; p̄do nes abigere armenta. unde ut erāt sine uestibus ipsis irruentibus occurso Re mi abacta armēta recuperata sūt: un

rel memoriā institutum fuisse inquit: ut Iupci nudi currerent. Confirmat hoc. Nā idem fere dicere uidetur inter ps̄ utrgi. i. viii. anet: in eo uersus: Hinc exultantes salios nudosq; Iupcos. C. at̄ Acylius: ut Plutarchus refert: scripsit Romulum: cū ante conditam urbem sua pecora predidisset: fauno sup plicatū cōcessisse: deinde nudū ne sudore ipediret. oēs saltus currēdo lustrasse. & ideo ludicra hęc a nudis Iupercis celebrari. refert & altera ab hac Plutarchū sniam. Bucæ cuiusdā in elegiis de romana rūrēru inscriptionibus Romulum Amulio superato cū Remo fratre præ laticia ad locū usq; expo sitionis eorum: in quo lupa lac dedisse cucurrisset: quod ut posteritati cōmendaretur: eos ludos isti tuisse. ideoq; nobiles adolecētes curere: ac obuios ferire eo pacto ut referāt Romulū & Remū stri ctis ensibus ex Alba cucurrisse. Sanguinolentōq; gladio faciē attingere. ut illius cædis posteris mo numentū esset: & lacte isanguinis abstersione uti: ut eorū diuinā edicationem indicarēt. De hoc at̄ alter alterius maximus sentiens ita inquit: Lupercalium mos a Romulo & Remo incohatus: tūc cū laticia exultantes: quod his auus Numitor rex albanorū: eo loco: ubi educari fuerant urbē conde re pmiserat sub monte palatino hortatu Faustuli educatoris sui: quē Euāder argis cōsecrauerat. Fa cto sacrificio: cæsisq; capris epularū hilaritate ac uino largior̄ p̄uerti diuisa pastoralis turba cicti oī nis pellibus imolarū hostiaz̄ iocantes petiuerunt. cuius hilaritas memoria annuo circuitu feriāz̄ repetit̄: hęc ille. Nos uero reliqua quæ ad rē hanc faciebant superius diximus. Nunc ergo igt̄ poē tamuse opē ad id implorans. O mea musa adde latinās cās peregrinis: o Calliope adde huic rei cām latinā: cū peregrinā & externā explicuerimus. Currat noster equus: p̄ translationē ab equo & cāpo: hoc est nostrū ingeniū. In suo puluere: i campo puluerulento: hoc est i latina materia. Nā latinus ipse latinā relaturus est & romanis: potius q̄ græcis ascribere uult mors originē Cornipe di: conuenit turba ab sacrificiū fauni imolata capella: quam mactari in isdē sacris mos fuit licet sint qui dicant ad id sacrificiū genus romanos canē mactare cōsuesse: de quo Plutarchus rōnē refert: uel quod græci i piacularibus sacris canē mactare consueuerāt: uel potius ut romulus nutriti lupæ gra tias referret: q̄ atrocissimos hostes canes habet: uel ut canis ad iracundia succendit̄: ita ad cursum lū perei succederent. Etenim. lxxviii. quoq; p̄ble. ita inqt. Lupci sunt: qui Iupercalibus p̄ lasciuā discur rentes obuios cedūt. An q̄ genus quoddā lustrandæ ciuitatis est. & quo mēse illa fiut: Februarius dicit̄. & diē quo pellibus occurrentes uerberāt: februarū & februarū uocant: quo uerbo purgatio s̄ gnificat̄. Cane aut̄ oīno: ut ita dicā græci utebant̄. & multi ēt nunc i purgatioibus canē iugulant. Proserpinæ quoq; catulos cū cæteris purgamētis efferūt. & eos q̄ expiādi sūt catulis hōc piaculi ge nus circū catulationē appellantes. An quod lycos lupus latine dīr̄ λυκῶν uero Iupcalia. & Iupoca nis est hostis. & iccirco Iupcalibus cedit̄. An qd̄ Iupercis canes oblatrantes molesti sunt. An q̄a Pa ni sacrificiū fit. Pani aut̄ pp̄ greges amicus ē canis inqt̄ ergo. Turba uocata: ut Romulus & Re mus: & comites: uel q̄ uis multitudo cū his. Vēit ad dapes exiguas: non sumptuosas: sed modicas. Cæsa capella: mactata capella. Fauno cornipedi: habet. n. caprinos pedes: & iō cornipes: & cor nipedē dicimus equū ita cætera huiusmodi unguū: aut pedū aialia. dūq; & dū. Sacerdotes: q̄ las

crificio præerāt. Parant exta: interiora. quid exta sint: superius diximus. Transuta: quasi tralecta. Verubus salignis: e falice factis. Sole tenēte medias uias: mediū cursū. hoc est i meridie. Romulus & frater. Remus. Et iuuentus pastoralis: quasi pastorū iuuenum multitudo. Sequebatur enim eos pastorū turba. Dabāt nuda corpora: id est denudabāt corpora: uel exercēda præbebant corpora denudata. Solibus: solis caloribus. Et cāpo: & Horatius in carminibus suis: Paties pulueris atq; solis dixit. Cestibus: exercebant se cestu: & iaculi & saxi iactu. Dabāt brachia experie

da: q̄si experiebantur & exercebāt brachia. Per lusus: nō ut pugnarēt: sed ut luderent: exerceerētq; se. Cestibus: cestiu agitatioe est. n. cestus genus clauar pillas plūbas corio appēsas habēs quo Daretē & Entellū pugnasse legimus. Et iaculis: iaculorū iactu.

Et pondere saxi missi: hoc est ponderoso saxo emissio. Pastor: in clamauit eos pastor quidā ex alto monens prædones iuencos abigere. Pastor qdā. Ab excelso: ab alta specula. Dixit o Romule & Reme p̄dones agūt p̄ abigūt. Iuencos p̄ rura deuia: p̄ rura: q̄ deorsum a uia sūt. Rura dicūtur: ut Varro iquit: q̄ in agris quot annis rurū eadē faciēda: ut rurū fructus capias. Longum erat: nudi sicut erāt ne lōga mora armadi noceret. hic Romulus: inde Remus occurrit p̄damq; ab hoste remus eripuit. Longū erat armari: quasi longa mora fuisset: si se armari uoluissent. Vterq; romulus & remus. Exit diuersis partibus: in diuersas partes: nō alter hic: alter illinc.

Præda est recepta: recuperata & seruata. Occursu: interuentu. Remi.

Vt rediit: reuersus cum uictoria Remus

decocta exta accepit edicens: nō nisi uictorē ex illis edere debere. Ita quæ cum Fabiis comitibus suis fecit. Vt rediit: postea quā recuperata præda remus rediit. Detrahit: extrahit. Extā interiora illa. Stridentia: stridorē faciētia: & dum quoquerent: & dū extraherent. Verubius atque ait: dixit. Hæc: exta. s. Cerue non edet: comedet. Nisi uictor: ille q̄ prædā ab hostibus eripuit. Dicta facit: facit remus cū fabiis quod dixerat. Fabii enim erant Remi socii: & quintilii erāt romuli. erat enim ipsa multitudo diuisa in duas partes altera Romulum. altera Remū sequibatur. Sed de hoc alias. Facit remus. s. Dicta: quæ dixerat: & Fabii simul. nam simul edebāt sine Romulo: & romuli sociis. Romulus irritus: irrita dicimus tela in ipso iactu deficientia: aut nihil proficientia: ita & irritū Romulū: q̄ in cassū accesserat: cū nihil p̄fecerit. Venit illuc: ubi remus & fabii erāt. Et uidet mensas & ossa nuda: quæ iā carnē comederāt: & iō nuda ossa. Mēsas: mensā escariā Varro inquit cibillā appellabāt: ea erat quadrata: ut etiā nūc in castris est a cibo cibilia dicta: postea rotūda facta. & qd̄ a nobis media: & a græcis mesa mēsa dici p̄or: nisi etiā qd̄ ponebāt pleraque in cibo. mesa.

Risit: romulus. s. Et indoluit: q̄si egre tulit. Potius se uicere: uictoriā reportare præda recuperata. Fabios: & Remū & nō potuisse: uincere. s. Suos quintilios: comites suos. nō inuidebat fratris gloriæ: sed dolebat suos quintilios non fuisse tāti quanti fuerant fabii. Fama: cum rettulerit hæc in certo auctore addit. Fama monet facti quasi ita factum fuisse dicitur superest fama, deinde p̄bat re ipsa: q̄ sine uestibus curratur in ipsis lupercalibus. Currunt posito uelamine pro depositis uestibus. i. nudi: ut curreant ad uersus prædones. Et qui bene gessit: hoc est remus: qui p̄dam recipit. Habet famam memorem: quasi perpetuam: quia celebris fuit apud posteros. Forsitan: locus in quo fauni sacra fiunt. Lupercal dicitur. Causam cur ita appelletur: poeta explicat. & primō his duobus uersibus quæstionem mouet. Forsitan: forte. Et quæras cur ille locus: in quo. s. fiunt lupercalia. Sit lupercal: sed quia obscure dixerat apertius de clarat. Quæ ue: uel quæ. Causa notet locum tali nomine: cur ita appelletur locus ille. Silua: historiam aggregat: & expositionis R. o. & R. e. nam ubi expositis. lupa lac tribui locus ille lupercal dicitur

Extā parant medias sole tenente uias.

Romulus & frater: pastoralisq; iuuentus

Solibus: & campo corpora nuda dabant.

Cestibus: & iaculis: & mixti pondere saxi:

Brachia per lusus experienda dabant

Pastor ab excelso per diuina rura iuencos

Romule prædones: & reme dixit agnut.

Longum erat armari: diuersis exit uterq;

Partibus: occursu præda recepta reme.

Vt rediit: uerubus stridentia de trahit exta:

Atque ait: hæc certe non nisi uictor edet.

Dicta facit: fabiisq; simul uenit irritus illuc

Romulus: & mensas ossaq; nuda uidet.

Risit: & indoluit fabios potuisse remumq;

Vincere quintilios non potuisse suos.

Fama manet facti: posito uelamine currunt:

Et memorem famam qui bene gessit habet.

Forsitan & quæras cur sit locus ille lupercal:

Quæ ue locum tali nomine causa notet.

est. Sed de horū ortu latius ī principio tertii libri refert. Siluia quæ & rhea: & ilia dicta ē grauida ubi gemellos pueros edidit. Sententiam Amulius tulit: censente etiam: ut is poscebat ciuū consp su: lege utendum eē iubente: quæ corpus polluisset uirgis cæsam mori. qđ aut natū eēt ī pfluentem deiici. unde alii necarā illā dixere. Alii seruata: supplicāte Amulii filia p cōsobrinæ sue salute. Sed ifantes ipso Amulio iubente: ut auctoritate Fabii pictoris: quem Cynthius: & Cato & Pifo: & alij multi secuti sunt Dfoy. refert ī alueo iacentes a famulis quibusdā exporatos eē cōstat ī fluuium ias

Silua uestalis celestia semina partu

Ediderat: patruo regna tenente suo.

Is iubet auferri paruos: et in amne necari:

Quid facis: ex istis romulus alter erat.

Iussa recusantes peragunt lachrymosa ministri

mittebat ad ora pueroꝝ: lingua lutū abstergēs quo pleni erant. Interi pastores adueniunt. unus lupam pspicit miraculo stupefactus ceteros rem ispecturos uocat: qđ rē diuinā uidere se rati: pprius accedebant: terrentes clamore belluā. Illa uelut māfeta ab infantibus sensim diuisa abiit ī proximā siluā: ubi erat petra caua fontes aperiēs: & saltus panos dicebat: eratq; ibidē dei ara. Antrū uero unde fons emanabat cōiunctū pallatio adificis ondebāt secūdū uia q̄ itur ad hippodromū: tēplūque erat ei pximū cū huius imagine rei: lupæ duobus pueris ubera p̄bentis antiquæ operæ ærea simul lachra: sed ubi abstessit fera infantēs ipsos pastores: ut educarent: tanq̄ dei eēt: studiū adhibentes suscepe. Concessi tñ sūt faustulo subulcorū regioꝝ magrō petenti: qđ latius sequenti libro refere mus. locū ergo hūc ea ex re poeta lupcal appellatū inq̄. Ac ne cui mirū eē uideatur Romulū lupa educatū. fatale quidē hoc fuit: ut multi q̄ eēt magna impia cōstituti: difficilē ortū hērent: & summo cū discrimine educarent: ut de Cyro legimus: quē astiages auus maternus: quia p getē uiderat ariolorū interpretatione nepotē ei futurū: cuius magnitudo p̄nūciēt: & ipsius astiages regni amissionē portēdi exponi iussit: cui ī siluis ubera canis subministravit: sed susceptus a pastor p̄ pastoris filio educatus. Quid qđ de habide legimus gorgoridis uetustissimi hispanorum regis ex stupro filia nepote: pudore flagitii: exponi iussus est. post dies aliquot iuētus ē ferarū lacte nutritus: Relatus intramite angusto: p quē armēta cōmeare cōsueuerāt: pietus inuolatus mansit: nec eguit alimētis: obiectus ieiunis canibus: & suis: & earū uberibus educatus ē. Ad ultimū hūc gorgoris ī ocenū abiici iussit: sed manifesto quodā numie iter furentes estus leui fallo ī litore exponit: nec multo post cerua ei affuit: q̄ ubera paruulo offerret. Deniq; ut regnū accepit: tāte magnitudinis fuit: ut nō frustra deorum maiestate tot periculis libatus uideretur. Moses quoq; puulus ab egyptiis ī nilū deiectus. hic etiā dei munere seruatus ē. Multi p̄trea isdē discriminibus seruati ad summā iperitū maiestātē euasere. ut uerū illud senecæ sit: sempq; magno constiti nasci deū: sed ad rē redeā. Silua uestalis: uestæ sacerdos Numitoris filia. Ediderat: pepat erat enixa. Partu semina celestia gemellos pueros e semine celestis dei hoc ē martis gemitos. Tenēte regna regnante ī alba: uel segna occupāte. Suo patruo. Amulio: q̄ Nūitorē fratrē regno fraudarat. Albanū regnū post multos reges Amulio & nūitori fratrib; p successiōis ordinē deuenit. Amulius: ut Plu. refert: res albanas bifariā diuisit: ī regnū. s. & qđ ex troia maiores thesaurū deuexerāt: ut utrā p̄tē uelit alē deligeret. Nūitor regnū elegit. Amulius ob auri magnitudinē factus potētiōr frem adortus sedē regiā facile occupauit. Regna ergo tenēte suo patruo: amulio. nam illa nūitoris erat filia: quā amulius: ne ex ea liberi p̄crearent: uestæ sacerdote de uouit: ut oēm pariūdi spē admiret p̄petuā uirginitatis obseruātia. de hoc siluix ptu: & casu alias ī natali urbis a nobis dictū ē. Silua fit genitrix heu plē enixa gemellā. Et uirgis cedi uirgo miserāda iubet. Desodierq; solo: p̄cna hęc uestalibo ipsis: Quæ ueritū patiant opus lachrymabilis antho Añ patrē supplex tumidū p̄cūbit: & orat: Orat opē misere: & p̄ cibo ūata sororis Df: at gēinos deserri ad tybridis amnē Immergiq; iubet fluuiio: mādata ministri Inuiti peragūt tātū scelus unda refugit. Et pueri ī sicca miseri uersāt arena cœtera paulo post. Is amulius. s. ilia patruus. Iubet auferri: asportari. Paruos: ifantes Romulū: & Remū. Et necari ī amne: q̄ si necados ī pfluētē deiici. Quid facis: cōuersio f̄monis ad Amulū: & p̄t eē hoc cōmiseratiōe dictū: & ēt ironice: cū nihil p̄ficeret. Quid facis cur hoc iubes. Vel qđ facis. q. d. nihil. Alter ex istis pueris: Erat Romulus. q. d. erat ille: q̄ cōditurus ē urbē toti orbi dominaturā: uel erat ille q̄ iniuriā hęc ulciscet: & te ipm trucidabit: & oē tuū genus extinguet. Iussa exhorrētes: q̄b; id negotii mādatū erat tantū sceleris iuiti qđ iussū erat nō sine lachrymis exequunt: deferuntq; illos: quo Amulius iusserat. Ministri recusantes: q̄ si recusare uolētes: uel iuiti. Peragūt: p̄ficiūt. Iussa qđ dñs iusserat: Lachrymosa: p qbus lachrimandum eēt. Vel iussa lachrymosa: lachrymas ab illis

quibus id iussu erat elicientia. Flent tñ: flere ē magis ē: q̄ lachrymari. Et ferūt geminos: gemellos Ro. & Re. In loca iussa: ad p̄luentē. Albula: inundauerat tybris: ut uidimus hoc quoq̄ tpe bis. maxime septimo idus ianuaris anno salutis. M. cccclxxii. dū hęc p̄fitebamur cū tybris oēs ripas excederet: ita & tūc auctus hymbribus supra ripas rupat. inqt ergo. Albula: fl. ita ab aq̄ colore appellatus. Sed cū i eo merfus esset tyberinus: q̄ calpeto albanorū tegi successit: tyberis appellari cœpit. & idē hic. Quē: fl. Tyberinus: de quo ageť i q̄rto libro. Merfus i undis reddidit Tyberis nam ex eo tybris: seu tyberis appellatus ē. Nec dissentit Var. nā post multa de hoc iquit. Sunt q̄ tyberim piscū nomen latinū albulā uocitatū litteris tradiderūt. posterius pp tyberinū regē latinorū mutātū: q̄ ibi iterierit: sed de hoc alias dabit̄. disputandū locus.

Tumebat aq̄s hybernis: hyemalib. nō. n. erat hyemale tps: sed autūnale. nam ut Tarutius mathematicus collegit tpa referēte Plutarcho primā Ro muli i mēse cōceptionē āno tertio secundæ olympiadis asseruit extitisse. Mēset quē romāi decēbrē uocāt: natū uero mēse septēbri: Ergo nō hyemale tps: sed siq̄ diceret forte: q̄ longe post ortū fuerit expositi errant. nā hic paulo post de iha. q̄ facta ē uno mē. & orba die. Aq̄s ergo hybernis ad pluias & hymbres respexit: q̄bus auctus erat. Tybris magis q̄ si hyemale tps fuisset. Hac ubi: ita inundauerat ty-

bris: ut equos circa se cāpos occupasset: nā p̄ loca: ubi postea fora cōstituta fuere: & p̄ circū maximū nauiculis iretur. Videres: uidere potuisses: Errare lintres: nauiculas: sed pprie lintres naues sūt fluuiales. Hac: quasi p̄ hęc loca. Vbi nunc sunt fora: hoc ē forū romanū & forū boariū & piscariū: de quibus superiore li. diximus. Quaq̄: & ea parte qua. Iacent tuæ ualles o circe maxime: circus maximus dictus est: ut Var. placet: q̄ circū spectaculis edificatis. ibi ludi fiūt: & q̄ ibi circū metas fertur pompa: & equi currunt. Sed eo tēpore nō extructus erat: ut circi locū ostenderet Lii: quē postea locū designatū a Tarq̄nio prisco Liius refert. Circi q̄ tres a Var. referunt̄ maximus: intimus: flaminius. fuit & postea Neronis circus i uaticano. Vbi postq̄. Venerūt: ipsi q̄ eos deferebant famuli. Huc: ad loca ipsa. Neq̄ eni: certe. Possunt procedere: progredi. Lōgius: pp aquas ipas.

Ex illis: ministris. Vnus & alter ait quasi & alter & alter ita locuti sunt. Ah: dolētis ē. Quam sunt similes: q̄a erat similis utriq̄ forma. Ah q̄: quātū. Vterq̄ ē formosus: pulcher. Tamen iste ex istis: alter ex duobus. Habet plus uigoris: ut elluderet Romulo: qui & mēbris & uiuacitate aut ipso uigore erat superior remo. Si genus arguit̄: uertens deinde se ad pueros cōmotus Romuli indole diuinā stirpē esse suspicari fateť. Et si poeta non refert: mouebatur tamen hic i ipsa idolis cōtēplatione: cōtēptione Numitoris cū Amulio asserentis filia: deū uiolentiam intulisse: geminos q̄ pariturā: & ubi peperit gemellus: tū maxime: instantis ex deo concepisse. hic ergo ex hoc motus inquit. Si genus: si nobilitas aut. Si genus: unde origo trahitur. Arguit̄: ostendit̄. Vultu: ipsa facie. Nisi imago fallat: nisi me decipiat ipsa forma: aut ipsa effigies. Nescio quem e uobis suspi cor: reor. Esse deū: dei filium: uti saepe regem regis filiū dicimus. uidet̄ dubitare cū dicatu Nescio quē. & hoc quia dixerat ah quam sunt similes. At si quis: diuinā stirpē esse suspicatur: sed i hoc dubitat: nam si cuiuspiam dei filii essent: succurreret in eo statu pater. At si quis: si aliquis. Deus eēt auctor uestræ originis: esset uobis genitor. Ferret opem: auxilium. In tēpore tam præcipiti: tā repentino: & ex hoc materiam mouet: q̄ nihil his supersit temporis. Ferret opem: iocūda est hęc repetitio ferret opem: & habet admirabilem quandam affectum. mouetq̄ hic commiserationem a puerorum matre: quā: neq̄ sibi ipsi: neq̄ pueris succurrere poterat: augetque commiserationem q̄ uno eodemq̄ die: quo mater facta est filiorum interitu mater esse desiit. Ferret certe opem: auxili um. Mater: alia. Si non egeret ope: egebat quidem: nam in eam animaduertat Amulius.

Quæ est facta mater: quia peperit filios. Et orba: q̄a iterēpti filii. Vno die: eodē die. Orba: ut Pōpilius inquit: significat apud poetas priuatā aliqua persona cara: & orba ē: quæ patrē aut matrem: aut filios quasi lumen amisit. Nata simul: & ex hoc materiam mouet. q̄ plures i eandem per-

Flent tamen: & geminos in loca iussa ferunt.
 Albula: quem tyberim merfus tyberinus in undis
 Reddidit hybernis forte tumebat aquis:
 Hanc: ubi nunc fora sunt: lintres errare uideres:
 Quaque iacent ualles maxime circe tuæ.
 Huc ubi uenerunt: neq̄ enim procedere possunt
 Longius: ex illis unus & alter ait:
 Ah quam sunt similes: ah quam formosus uterq̄:
 Plus tamen ex istis iste uigoris habet.
 Si genus arguitur uultu: nisi fallat imago
 Nescio quem e nobis suspicor esse deum.
 At si quis uestræ deus esset originis auctor:
 In tam præcipiti tempore ferret opem.
 Ferret opem certe: si non ope mater egeret
 Quæ facta est uno mater & orba die.

niciē traherant: nam ambo & simul nati simul: erāt morituri. Nata simul corpora: o gemelli q̄ simul nati estis. Moritura simul: q̄ simul ad iteritū danāti. Ite simul sub undas: quasi simul imergamini: & his dictis ubi mūdatio tacta est: cū lōgius progredi non possent: nō tecit. Sed cū eo aluo: i quo erant super aquas leuite posuit. Desierat: loqui. f. Et deposuit sinu: a pectore super aquas: pueros cū alueo in quo eos tulerāt. Vagierant: depositi infantes cū cuna in aqs: uagitū dedere ābo: ita ut sentire uiderent: qđ & illi dixerant & se i fluuio eē super alueo: & i natali urbis. Quid: nisi pmissis

Nata simul: moritura simul: simul ite sub undas.

Corpora desierat: deposuitque sinu.

Vagierant ambo pariter sensisse putares.

Hi redeunt udīs in sua tecta genis.

Sustinet impositos sūma cauus alueus unda.

Heu quantū fati parua tabella tulit.

Alueus in limo siluis appulsus opacis.

Paulatim fluuio deficiente sedet.

Arbor erat: remanent uestigia: quæque uocatur.

Romula nunc ficus: romula ficus erat.

Venit ad expositos mirum lupa sceta gemellos.

Quis credat pueris non nocuisse feram.

Nō nocuisse parū ē: pdest quoq; quos lupa nutrix.

ris poterant uagire querelis: Ministri que ipsi fatū in fontū puez lachrymā tes rediere. Ambo: infantes. f. Ro. & Re. Pariter uagierāt: q̄ simul uagitū dderet. Vagite pprie puerorū ē.

Putares: putare posses. Sēsisse: qđ f. ageretur. Simile illud ē in heroidibus decaracis filio exponi iusso uagietis dedit ille miser sensisse putares.

Hi famuli. f. Redeūt in sua tecta: in albam. Udīs gēis madidis seu p̄fuis lachrymis ob casū p̄erorū. Sustinet alueus ille cū pueris: ut paulo supius diximus parumper inatauit: ideo hic.

Cauus alueus. diffinitio ē cū. Alueū dicimus fossā per quā flumina defluūt. ita & eadē forma cauū lignū: ut cum est alueū dicere possumus. Sustinet nō dicit: sed fursū tenet. Impositos pueros. f. Sūma unda: super sūmā undā.

Heu q̄tū fati: hac exclamatiōe materiam monet. Poeta ob discrimen in quo fuerat oīs res romana: nā q̄ romanā cōditurus erat toti orbi dñaturā: pua tabella super aquis iacebat. Heu q̄tum fati: quātum fatalis potentia. Tulit parua tabella: alueus ipse. Alueus: dicimus auctore Diony. al ueum hūc lapidū illiscū pueros eiecisse: Poeta uero iquit alucū ubi defecit flumē i limo sedisse. Alueus: ipsa cuna cū pueris. Appulsus siluis opacis: qui appulerāt illuc ad opacas siluas: quæ tūc erāt circa pallantium. Deficiente paulatim fluuio. fluminis inūdatiōe. Sedet: residet. In limo: in limi nosa terra. Arbor: Plut. locū: ubi hi cū alueo cōstiterint: Germanū a posteris uocatū ait: cū maiores germanos dicerēt: quos s̄res appellamus: & subdit caprificū quādā quæ eo forte loco coauerat a Ro. ipso ut opinat̄ plurimi rūinalē uocat: uel q̄ ibi p̄strata pecora sub umbra rūinare cōsueuerāt uel potius pp puerorū lactationem: nam māmās ueteres rumas appellabāt. Mēinit & rūinalis ficus: Lyu. dicēs ubi nūc ficus rūinalis ē. Romularē uocatā ferūt pueros exponūt. de qua Ply. ita iqt. Colit̄ ficus arbor i foro ipso: ac coitio romæ nata sacra fulgoribus ibi conditus: magisq; ob memoriā eius: quæ nutrix fuit Romuli ac Remi cōditoris appellata: quoniā sub ea iuēta ē lupa in fantibus p̄ bēs rumē: ita uocabāt māmā miraculo ex aere iuxta dicato: tanquā i comitiū spōte trāsisset: adactio nauigio illico arefcit: rursusque cura sacerdotū ferit̄: & reliqua Varro germalū ait a germanis Ro. & Re. qđ ad ficū rūinalē. & Pōpeius de hac rūinalis ait ficus dicta ē: q̄ sub ea arbore lupa māmā dedit Ro. & Re. Māmā aut̄ rumis d̄. unde & rustici appellāt hedos subrūos: q̄ adhuc sub māmīs habent̄: & rumē ē ps colli: q̄ esca deuorat. uñ rūate dicebat: qđ nūc rūinat̄ a rūine ergo rūinalis. ficus dicta ē: q̄ arefcēs magno erat ostēto uirefcēs icolumē iperitū significabat. Sed cū penitus aruit p̄itus rōanorū oē corrui iperitū. Arbor erat remanēt uestigia: q̄ adhuc eius tpe trūcus apparebat: non dū p̄itus a ruerat. Quæque: & q̄. Vocat̄ nūc ficus romula: ab ipso Ro. Erat: oli. f. Ficus Romula: q̄si rūinalis a rumine. sub hac illi arbore expositi fuere. Inde & rūina dea dicta ē: cui cū rē diuinam faciebant: hostiis lac spargebant: & libabāt. Vinū aut̄ nō adhibebāt: de quo Plutarchus agit quinquagesimo septio pblemate. An qđ latini rumā māmā nominant: & ficum ruminalē. ideo factam ferunt: qđ ibi lupa māmā Romulo præbuit. Quēadmodū eas igitur: quæ pueros alunt a māmā dicimus φηλοναός. Sic rumina nutrix quædam & puerorū alitrix merum infantibus precipue noxiū: prorsus non recipit. Lupa sceta: quæ paulo āte peperat. Venit ad gemellos. Ro. & Re. Gemelli. n. dicunt̄: qui uno eodem partu nascuntur. Expositos: quos Amulius exponi iusserat: uel tunc extra amnē positos. Venit mirū: quasi mirabiliter. Quis credat feram: lupam. Non nocuisse pueris: quasi nemo crederet: & tamē nō nocuit. Nō nocuisse: locus indignationis est ab Amulii imanitate: nam bellua eo mitior fuit: cū quos ipse nepotes p̄ditū iri destitauerit: lupa nutrix: nūc igit̄ erat ferā pueris non nocuisse: sed hoc admirabilius. Qđ nō nocuisse parū ē: hita rōne q̄

 more cohortes miscentur cātum nox
 atra silentibus aruis edidit: & medio
 uisi consurgere campo. Tristia syllas
 n̄ cecinere oracula manes. Tollentemque caput gelidas anienis: ad undas: Agricolaē factō marie
 um uidere sepulchro. Postea cessauere hæc: ut diximus: cum sepulchris honores debiti restituerēt
 tur. Postea: post hæc. Honores præteriti: id est intermissi ipsa feralia sacra derelicta. Red-
 duntur tumulis: restituntur sepulchris. Eu uenit modus: quasi finis prodigijs huius portentis
 & monstris. Et funeribus: species Metonymiæ est: quasi defunctis seu funeratis. Dum tamen
 hæc: dum feralia hæc pro mortuis fiunt: quæ nuptæ sunt secumbāt a uiris: quæ maturæ: & nubiles:
 neque se comant: neque coniugium ineant: includenda quoque sunt inter templa deorum simula-
 chra. neque illis sacrificandum: nam errant extinctorum umbræ his diebus: ut depascantur apposis-
 tas epulas: durareque debent sacra hæc ad finem usque mensis: & tot diebus hæc obseruanda sunt
 eruntque dies. xi. Dum tamen: dum pro donec. Fiunt hæc: sacra feralia. Cessate puellæ: ut
 duæ: quasi uos puellæ: quæ nuper nuptæ estis. Cessate: a matrimonio: quasi secubate a uiro: &
 ideo uiduæ id est illis diebus uiro diuisæ: nec intelligas de his: quæ nuptæ non sunt: nam has expli-
 cat uersibus subsequētib. Teda pinea: quasi fax matrimonialis. Teda ex generibus pinus est:
 cuius accensæ usus in connubijs erat & in sacris. Vnde Pli. de teda Flamis: atque lumini sacrorum
 etiam grata: hanc mares duntaxat ferunt non illam mulieres: sed mares ferebant. Pinea ergo te-
 da: & species Metonymiæ est fax ipsa coniugalis: quasi coniugium. Exoptat uel expectat pu-
 ros dies non funereos: non mestos: sed immaculatos re funebri: claros & lætos. Nec tibi: quæ
 nubilis est: non se comat: non incumbat cultibus: hoc est ornatibus: & est apostropha ad nubilem
 ipsam. Nec: o tu. Quæ matura: adulta: nubilis uiripotens. Videbere: uideberis. Matri-
 cupidæ: nam cupit hoc mater ut filia placere studeat: ut citius uiro iungatur: & per hoc ut se comat:
 ergo nunc his diebus. Nec hasta recurua: stilus reflexus: hoc est calamistrum. Comat tibi:
 quæ matura matri uidebere. Comat: ornet. Comas uirgineas. crines puellares: dum uirgo
 es comat comas: figura locutionis est: quæ trāductio dicitur cum idem uerbum repetatur: modo
 in hac: modo in altera significatione: ut ueniam ad uos: si mihi senatus dat ueniam. Conde:
 neque sunt illis diebus coniugia stipulanda: & est apostrophe ad Hymeneum. O Hymenee
 uirgineæ græ. latine hymen pellicula illa est tenuis: qua nascitur infans inuolutus: inde hymeneum
 nuptialem deum multi deductum uolunt: sed Martianus capella Bachii: & Veneris filium dixit: cu-
 sus sit in nuptijs officium saltare: canere: & limina coronare. Ponitur tamen a poetis pro nuptiarū
 deo: ergo, O Hymenee conde: absconde. Tuas faces: matrimoniales scilicet. Et aufer ab
 ignibus atris: hoc est funebribus a feralibus ipsis. Mœsta sepulchra: mœsta ab effectu: q̄ a mœ-

Non impune fuit: nam dicitur omne ab isto
 Roma suburbanis incaluisse rogis.
 Vix equidem credo bustis exisse feruntur:
 Et tacite questi tempore noctis aui.
 Perq; uias urbis: latoq; ululasse per agros:
 Deformes animas uulgus inane ferunt.
 Postea præteriti tumulis redduntur honores.
 Prodigijsq; uenit: funeribusq; modus.
 Dum tamen hæc fiunt: uiduæ cessate puellæ.
 Expectat puros pinea teda dies
 Nec tibi quæ cupidæ natura uidebere matri.
 Comat uirgineas hasta recurua comas
 Conde tuas hymenee faces: & ab ignibus atris
 Aufert: habent alias mœsta sepulchra faces.

nos omnes reddunt. Sepulchra dicuntur quasi seorsum a pulchro. Habent alias faces: nō habent
latus: sed mœstas: ergo aliene sunt a tuis. Dii quoque tem. neque est illis diebus diis superstitis sacrificia
dum: immo occcludenda sunt eorū simulachra intra templa: illa tamē opta sunt. Dii quoque: dii er
quasi doorū simulachra. Celentur: abscondantur. Opertis: reclusis. Foribus: ianuis. Templorum
ara. Aram Var: ab arēis deducit: quæ sunt loca in urbe pura: quæ sic etiam Ara deū sit: nisi potius ab
ardore. alii tamen dicunt a græ. uerbo: hoc ē opatio: hoc est oro & opæ oratio est inde ara

Dii quoque templorum foribus celentur opertis.

Thure uacent aræ: stent sine igne foci.

Nūc animæ tenues: & corpora functa sepulchris.

Errant. nunc posito pascitur umbra cibo.

Nec tamen hæc ultra quæ quot de mense supersunt.

Luciferi: quot habent carmina nostra pedes.

Hanc: quia iusta ferunt dixere: feralia lucem.

Ultima placandis manibus illa dies.

Ecce anus in mediis residens annosa puellis.

Sacrâ facit tacite: nec tamen ipsa tacet.

Et digitis tria thura tribus sub limine ponit.

ta fuere: nam inhumata centum errant annos & ad hæc sacra non ueniunt. ergo corporum umbra:
quæ sepulchris non cauere Errant: circa sepulchra: & epulas ipsas. Nunc umbra pascitur. satū
ratur. Posito cibo: appositis epulis. Nec tamen: seruanda sunt. quæ dixit: sed non ultra dies.
xi. nam totidem diebus errare creduntur umbra. Hæc tamen: quæ dicta sunt. Nec ultra: quasi
nō pluribus diebus seruanda sunt: Quæ quot luciferi: quot dies. Supersunt: restant. De men
se februario. s. nam si incipias a decima octaua die numerare usque ad finem erunt. xi. dies quod &
ipse nūc melius declarat. Quod carmina nostra: hoc est hielegi uersus. Habent pedes. nam al
ter habet sex: qui est exameter alter. y. qui pentameter & sic sunt. xi. pedes: ita & xi. dies supersunt
de mense. Hanc quia: Ab hoc igitur quæ epulæ sepulchris serantur: feralis dies dicta est: & feralia
sacra. Vnde Pōpetus feralia diis manibus sacrata festa a ferendis epulis: & Varro ab inferis & ferē
do quæ ferant tum epulas ad sepulchrum quibus uis sibi parentare. Dixere. ergo. ueteres: hæc lucem:
hanc diem. Feralia: quasi feralem: & feralia sacrificia. Quia ferunt iusta: quia pro mortuis iusta
soluit nam hæc proprie iusta dicimus. Illa dies: ultima. s. est. Placandus manibus: ad placandos
manes illa dies est ultima quæ feralis appellatur feralia & ferale se longa & bre. Ecce anus: lo
ter hæc feralia fiebāt sacrificia deæ Mute quæ & si poeta ad fabellam referat quam paulo inferius ex
plicabimus. Sacrum tamen erat quoddam magicum ad compescendas detractum linguas quo
utinam & nos sciremus & possimus uti ad allatratus cerberi reprimendos: qui cum sapientiam pro
sterni uelit ab omni sapientia munere profecto uacat: qui cum alios contineri moneat se ipsum con
tinere non potest. Qui aliena uitia habet ante oculos. sua autem a tergo reiecit. non obloquar: ne
maledicentia uobis: ut ille prebeam exemplum sacrum quidem hoc erat magicum: sed a paucis in
tellectum. Poeta tamen id non apit: nos tamen sua uerba cum mysterio interpretemur. Quod fa
cillimū est nobis: qui uidimus id idem fieri pluribus in locis. eoque modo quo a poeta refertur. Præ
terea religiofus quidam in euboea erat qui ut genere græcus: ita & græcis litteris eruditus: ad quem
aliquādo cum per hybernā in chalcide essemus: e triremi cōfugiebam. uolebat enim iterdum: ut ali
qd nostrægræ lragē apirē: Hunc semel repperi librū tenentem: cuius iscriptio erat de arcanis ueneficiis
cuiusdā thessali. Inter cætera græce scriptum hoc sacrum aduertit: quod ille eo tpe uoluit ex periri cum
essent aliquot maledicti: quod eū cōuiciis laceffere nō desinebant Mirū quē dictum ē: cōpescuit illoꝝ ma
ledicentiā. idē accidit: & me p̄sente i hispali: & postea rhodi. plures. n. sunt p̄ oēm graciā! quod huiusmo
di ueneficia exercēt. Quod oio alienū ē a nostra religione: neque fides ē hmoi ueneficiis adhibē
da: quæ plarūque auctore in p̄niciē trahūt. Sed in interpretando poeta: mutabimur a chalcidico
rationes. Ecce. anus uetula ānosa. plena annis. Residens i medijs puellis: inter medias puellas.
Facit sacra tacitæ: deæ mutæ. Nec tamē ipsa tacet: quia silentibus cæteris loq̄ ipsa quia incantatio
nis ueritur. Et ponit tria thura. i. tria thuris grana. Tribus digitis sub limine: & cur sub limine:
qua transgredi essent detractores: quorum linguas compescere uolebant: uel ipso thure fiebat sus
sumigato loco illi: qua transgredi erant: uel sic in foramine ponebant sub limine. ideo inquit.

quod in sacrificando oritur. Ara erua
thu. quasi uacēt sacrificio: i quo thus
adhibebatur. Et foci stent sine igne:
foci loca: ubi ignis sit: uel ipsa ignis fo
mēta: ergo non accēdātur pro cæteris
sacrificiis ignes. Nunc anima: cau
sā cur hæc obseruāda sūt: ut his di ebb
nuptæ a uiris secubent. Nubiles nō se
ornēt coniugia nō ineātur: & deorum
simulachra celentur. causa est ne quid
profanetur. nam umbræ extictorū. cū
ad epulas ueniāt: errāt circa sepulchra:
ne quid ificiant ab his cauēdum est.
Nunc: his diebus. Anima te. quasi
inanes umbræ. Et corpora functa
sepulchris: quasi umbræ corporum fun
ctorū sepulchris corporū: quæ huma

Qua ea parte. Quamuis brevis parvus. Fecit sibi iter occultum, quasi in foramine non humana manu factum non ferro: sed quod sub limine mus sibi fecit. Tum postea. Tenet ipsa anus. Licia catarata: fila licia: quorum in his usus est, praecipue: quae uenerit uirginea manus. Cantata: incantata. Plumbo fusco: non intelligas tunc eam filare & pro plumbo uerticulu quod est infuso. Sed Plumbo: plumbi lamina: quae in rebus magicis adhibebatur. Fusco: a colore ipsius. Plumbo fusco: uel potius illaborato ea ratione plumbum adhibebatur: quia ad saturnum refertur.

nam ut aurum assignatur ioui & lunae argentum, ita plumbum Saturno cuius si-
 dus gelida ac rigentis esse natura co-
 stat, adhibebat ergo saturni ratione ad fu-
 rorē: & ardorem linguarum compescen-
 dum. Et uersat septem fabas nigras
 in ore: per fabas nigras mortui refere-
 bantur: quibus ut silentium datum est: ita
 detrahentibus silentium incuteretur:
 uersabantur in ore: quia ex ore detra-
 herent uerba erumpunt. Fabae enim ad mor-
 tuos pertinet: unde apud pompeium
 flammii diali nec tangere nec nomina
 re fabam licet quod ea putatur ad mortu-
 os pertinere: nam & lemuralibus iaci-
 tur laruis & paretalibus adhibetur sa-
 crificiis: & in flore eius lectus littere
 apparere uidentur. Sed cur septem & non
 plures neque pauciores: ratione dicam:
 cum hic mos a graecis emanarit graece
 littere conspicienda sunt quae ut & non

stre in consonantes & uocales diuiduntur: Consonantes nihil per se: sed cum uocali sonant. Moca-
 les per se uocem plenam faciunt: ergo quot sunt uocales graece ad maledicorum uoces reprimen-
 das tot fabas accipiebant. sunt autem septem $\alpha \epsilon \eta \iota \circ \upsilon \omega$. Quod ipse. Posset aliquis caput hoc ad et
 figies uiriles & muliebres referre: quas compitalibus in compitis suspendebant putantes deorum
 inferorum esse quos lares uocant: ut uiuis, scilicet parcerent praecipue tunc nunc de dea muta agan-
 tur: quae larium mater sed nihil ad rem: nam sacrum hoc alterum est ab illo & illae effigies erant la-
 narum: haec uero aliter fiebant. Torret ergo in igne: quasi calefacit ad ignem. Caput obsutum cum
 cum sutum. Menta: herba illa odora: Mentam a sua uitate odoris dictam Plinius dixit aliquando min-
 tam appellatam. Quod: caput. Astrinxit pice: astrictum ex pice composuit. Quod traiecit:
 perforauit. Acu albena: acu area: traiecebatur autem caput hoc circa os: ut sicut lingua figebat-
 tur acu ita maledicentis transfigeretur. Vina quoque: Dum calefit ad ignem caput illud uinum sus-
 perius instillatur guttis quidem exiguis. Vinum illud quo caput abluebatur: si quo modo petuisse
 sent maledico bibendum tradebant: Quod autem ex ipsa instillatione supererat & anus & comites
 bibebant. Vina quoque instillat: super caput scilicet. Quodcunque est relictum: uini quae
 ne: quod non est superius instillatum. Aut bibit ipsa: anus scilicet. Aut comites: puella & ipsa
 & comites bibunt. Tamen ipsa plus bibit: quia anus est. Hostiles: egredit postea e loco anus
 peracto sacro & haec. Dicit anus uinximus: a uincio uincis, id est, alligauimus. Linguas hostiles de
 ora inimica: ut obloqui & carpere non possint. Dicit haec anus discedens: cum discedit. Et exit
 ebria: & hoc quia plus aliis bibit. Protinus a nobis: Retulit sacrum: quod sit dea muta: nunc quae
 sit dea muta: nympham fuisse refert Almonis fluminis filiam quae ex linguae uitio lalara dicebatur haec
 cum iuppiter iurnam nympham arderet & ipsam iurnam: ut caueret monuit & iunoni iouis
 amores detexit indignatus iuppiter linguam illi abstulit, iubet quae Mercurio illam pro inferna
 nympa ad inferos ducere: qui intereundum eius amore captus grauidam reddidit peperitque ex Mer-
 curio lares duos: qui seruant compita. inde compitalia festa & dies attributi laribus: quibus in com-
 pitis sacrificabatur. Inquit ergo poeta. Protinus: subsequenter. Regis a nobis quae sit dea mu-
 ta: disce quae mihi nota, scilicet sunt. Per antiquos senes: per ueteres. Iuppiter. aggredit nunc ipsos
 iouis ignes: qui multa quae non debuerat amore perpeffus. Iuppiter captus in modico: non mo-
 dico: ergo nimio amoris iurnae nympae: quae soror fuit turni: de qua plura superiore libro dixi-
 mus. Multa tulit: multa perpeffus. Non parienda a tanto deo, quae pati non debuisset iuppi-
 ter rex & deus omnipotens. Illa modo: Fugiebat illa semper iouem nunc in nemoribus latitans: nunc i ags. Illa
 iurnae. Modo iacebat in siluis: iacens latebat in nemoribus, Inter coryleta: coryleta a corylis: ut quae

Qua breuis occultum mus sibi fecit iter.
 Tum cantata tenet cum fusco licia plumbo.
 Et septem nigras uersat in ore fabas.
 Quodque pice astrinxit: quod acutratieon athena.
 Obsutum menta torret in igne caput.
 Vina quoque instillat: uini quodcunque relictum est.
 Aut ipsa: aut comites: plus tamen ipsa bibit.
 Hostiles linguas inimicaeque uinximus ora.
 Dicit discedens: ebriaque exit anus.
 Protinus a nobis: quae sit dea muta: requiris.
 Disce per antiquos quae mihi nota senes.
 Iuppiter in modico iurnae captus amore.
 Multa tulit tanto non pacienda deo
 Illa modo in siluis inter coryleta iacebat

FASTORVM.

meta: pineta uineta. Corilli sunt & arbores & fructus: quæ a nobis auellanae dicunt. Nunc desiliet
 bac: aquas cognatas: in fluuios nympharum latinarūq; cognationes uiculo sibi uicte erant: de cōs
 gnatis superius diximus. Conuocat. Vbi illam iuppiter isequendo nō proficiebat laturas nym
 phas cōuocauit: atq; illas ita allocutū est. Hic: iuppiter. s. Conuocat: in conciliū uocat. Nym
 phas quæcūque tenebāt latiū. i. oēs latinas nymphas. Et iacit talia uerba: qualia sequuntur. In
 medio choro: nymphaz ipsaz. Inuidet: Hæc fuerunt uerba iouis ad nymphas: ut amoris suo &

Nunc in cognates desiliet aquas.
 Cōuocat hic nymphas: latiū quæcunq; tenebāt
 Et iacit in medio talia uerba choro.
 Inuidet ipsa sibi: uitatque quod expedit illi.
 Vestra soror summo succubuisse deo.
 Cōsulte ambobus: tam quæ mea magna uoluptas
 Uilitas uestræ magna sororis erit.
 Vos illi in prima fugienti obsistite ripa:
 Ne sua fluminea corpora mergat aqua.
 Dixerat: annuerant omnes tyberinides undæ:
 Quæq; colunt thalamos ilia diua tuos.
 Forte fuit nais lara nomine: prima sed illi.
 Dicta bis antiquum syllaba nomen erat.
 Ex uitio positum: sæpe illi dixerat almo.
 Nata tene linguam: nec tamen ipsa tenet.
 Quæ simul hac tetigit iuturnæ stagna sororis.
 Effuge ait ripas dicta refertque iouis.
 Illa etiã iunonem adiit: miseratque nuptas.
 Naida iuturnam uir tuus inquit amat.
 Iuppiter intumuit: quaque est non uisa modeste,

iuturnæ utilitati consulerunt. *Ves*
 tra soror. iuturna. s. Ipsa sibi inuis
 det: q̄si inuidet suæ felicitati quã con
 sequi posset. Et uitat: fugit. *Q*
 illi expedit: q̄ illi utile ē: quid uitat.

Succubuisse: pro succubere. Sūmo
 deo: hoc est mihi ioui hoc illi pluris
 mū cōferret. Cōsulte ambobus: &
 iuturnæ & mihi. Nam quæ: res illa
 q̄. Erit mea uoluptas magna q̄ paris
 et mihi magnā uoluptaten. Erit ma
 gna utilitas uestræ sororis: iuturna
 nā magno usu & ornamento erit illi.

Vos illi in: Cū illam iuppiter isequere
 ret illa se i aqs deiciebat. & iouis ip̄tū
 i aqs nō erat. iō ab his petit ne illā i su
 is aqs recipiāt. Vos obsistite illi: ius
 turnæ. Fugienti: cū me fugit. In pri
 ma ripa: quasi nō illā excipiatis intra
 ripas. Ne mergat sua corpora: suum
 corpus. Aq̄ fluminea: aq̄ fluminis q̄
 si ne se precipitet i flumē: & ibi delite
 at ubi eā habere non possim. *Dix*
 rat. iuppiter. Annuerant. i. nutu as
 firmauerāt. Ois undæ tyberinides.
 oēs nymphæ tyberinarū undaz for
 mauit patronymicū a tyberino a quo
 nomen inditum est fluuiio & fluuium

ip̄sum appellare possumus tyberinum & tybrim & tyberim & tybridē & annuerat. O diua ilia
 quæ colunt thalamos tuos. nympe quæ colunt Anienē fluuiū. Nec erretis cū illo qui dixerat tha
 lamos ilia esse i tyberi q̄ tybridi nupsit nā nupsit anienis: sicut diximus in secunda oda hora. Illā
 ut paulo superius diximus. multi uolunt ab amulio neci traditā. multi precibus filia amulii seruata
 dixere: quæ inde ab aniene amata est: sed obsequi recusabat querēs: dolēs q; tamen calamitates suas
 desperata in anienis undas se præcipitem dedit: ut poeta hic noster in libris de amoribus ad corny
 nam rettulit: excepta tunc est ab aniene & matrimonio iuncta. ergo anieni nō tybridi nupsit. For
 te fuit: *Q*ue fuerit nunc illa: quæ amores iouis retextit: nymphe fuit lara uocata. Sed ex loquacitas
 te appellata fuit lala: quam cum sæpe reprehenderet pater: ut linguam comprimeret: non tamen se
 cit. Forte fuit Nais: fluuiialis nymphe: nam Naiades fluuiorum deæ sunt *αἰαδ* quod est fluuius.
 Namine lara: nam sic appellata. Sed antiquum nomen erat illi syllaba prima bis dicta hoc est
 lala geminabatur ab antiquis prima syllaba. Positum ex uitio: hoc est ex garrulitate linguæ. uit
 tium a morbo differt. uitium innatum & perpetuum: Morbus est temporaneus. Ex uitio: nam
 erat loquax & garrula *λαλῶ* enim græce latine loquor inde *λαλῶ* loquax. Sic hæc uocabatur
 lala: quia loquax & garrula. Sæpe Almo: qui erat eius pater. Almo fluuius est paulo extra urbē
 uia hostiensis: qui ex paludibus oritur non longe a templo diui pauli. Dixerat illi: filia. Nota
 tene: comprime. Linguam nec tamen ipsa tenet: quia reticere non poterat. Quæ simul hæc
 postquam. Tetigit stagna: lacus. Iuturnæ sororis: lacus iuturnæ erant iuxta Pallantium non
 longe a templo uestæ. Ait effuge ripas: quia iuppiter dixerat: ut obsisterent in prima ripa hæc
 ait. Effuge ripas: quasi ne maneas in ripis: sed in undis. Et refert dicta iouis: quæ dixerat nym
 phis iuppiter: ne eam reciperent. Illa etiã: lara. Adiit: iunonem. Et miserata nuptas:
 quasi dolens iniuriã nuptis inferri: cum pelices succumbunt. Inquit uir tuus: Iuppiter amat Iu
 turnam Naidam nympham fluuialem. Iuppiter intumuit: Indignatus Iuppiter linguam. quam
 non continebat huic abstulit. Iuppiter intumuit: quasi indignatus est ex uerbis & garrulitate

hutus. Et eripit: abstulit. Linguā huic: nymphæ. Quasi p̄sa. Non uia modeste: quam nō cō
p̄imebat sed imodeste loquebat & uocat mercuriū: qui est deorū nunciū de quo dicitur suo loco.

Duc hanc: hæc fuit iussa iouis ad Mercuriū. Duc hanc nympham ad manes: ad eos inferos. Ille locus
ferorū. Est aptus silētibus: q̄a ibi sunt silētia: & huic eripuerat linguā: ergo mutā ad silētia. Hæc erit
nympha paludis infernæ: q̄ erat nympha paludis latinæ: sit nympha paludis infernæ: ut iter silētes p̄
petuo fileat. Iussa iouis: dicit illa ad inferos p̄ Mercuriū. sed itereūdd̄ placuit Mercuriū: cōp̄it illā ardere.

Iussa iouis: q̄ iuppit̄ iusserat. Fiūt
nam eunt illi. Luctus accepit euntēsa
lugere cœpe: & illa q̄a ad inferos ducē
bat: & ille cōmiseratiōe illius motus.

Illā dicit: refert se ad fabulam. Plā
euisse tunc duci deo Mercurio: q̄ eam
ducebat: Mercurius. Parat uim illi. s̄
uult eā uiolare. Illā peccat hunc uol
tu pro uerbis: loco uerbōz de erat ei
lingua: nō poterat loq̄: ergo uultu p̄
cat. Et frustra: in cassum. Nitit̄ loq̄
qui ore muto: ore sinē lingua. Fitq̄
gra. Ex Mercurio facta ē illa grauidā:
peperitq̄ duos filios: q̄ appellati sūt
lares & p̄sunt custodiae urbis: & ser
uant cōp̄ita. Et Plutar. ostendit p̄sē
des uocari eos & canē assistere: Ipsos
aut̄ canū pellibus uestiri rationesq̄ af
fert. li. p̄blemate: An q̄ p̄sides sūt
qui p̄sunt aut̄ domus custodes esse
oportet & alienis formidolosos: sicut
canes uidemus. Mites uero: ac lenes:

mansuetumque domesticis. An illud uerius est: quod a quibusdam romanis dicitur: & chrysis
oppinatur. Demonia quedam mala circunire: quibus dii quasi carnificibus. & scelerum ultoribus
aduersus iniustos & impios utuntur. Sic lares furiales quidam sunt: & p̄enarum & exactores uite:
& operationum specularores. Iccirco enim sicut caninis pellibus induantur. Quibus & canis ideo
assidet: q̄ ad inuestiganda scelera: & ulciscendo improbos sagaces sunt. Fitq̄: & fit ipsa nympha.

Grauis: grauidā. Et parit geminos lares: hoc est gemellos. Qui seruant compita: uias. Et
semper: ipsi lares. Vigilant in nostra urbe: quia p̄sunt custodis uerbis. Proxima: inter fera
lia pro mortuis sacrificia conuiuium sit inter cognatos & affines. xi. ca. martias hoc est. xix. die fe
bruarii. De quo Valerius ubi de institutis antiquis agit: ita inquit. Conuiuium etiam solēne maio
res instituerunt idque charestia appellauerunt: cui p̄ter cognatos & affines nemo interponebatur:
ut si qua inter necessaria perfonat querela orta esset inter sacra mensē: & inter hilaritatem animo
rum adhibitis concordie fautoribus tolleretur. At paeta & ob id fieri asseret̄ uidetur etiam: ut post
extinctos multos: superuenientium numerus ex eadem cognatione quot annis recēferetur. sed his
adesse debere innocuos: non autem qui fratrem interemissent: aut parricidas aut impias matres
& filios impios seu nouercam & socrum nurui infensam: inquit ergo. Carignati: eari con
sanguinei qui ex eodem progenitore genus trahunt. Dixere: proxima festa. s. Charistia: de
clinatur numero multitudinis & deducitur ἀνορθο Χορῆος quod est gratia quasi gratia con
uiuia. Et turba propinqua: quasi coetus propinquorū hoc est affinium. Venit ad socios deos:
quasi ad penates cōiunctorum. nam cōueniebant & cognati & affines: ut Valerius inquit. decogna
tis supra diximus. Affines sunt ut Modestinus de gradibus inqt̄ uiri & uxoris cognati dicti ab eo q̄
duæ cognationes quæ diuersæ inter se sunt: per nuptias copulantur: & altera ad alterius cognatio
nis finem accedit: nam coniungendæ affinitatis causa sit ex nuptiis. Iuuat. s. certe. Referre ora:
hoc est uultus quasi respicere. Protinus: subsequenter. Ad uiuos: ad deos qui supersunt. A tu
mulis: hoc est a sepulchris cognatorū. s. Vel a tumultis: hoc est a feralibus sacris: nam tunc epulæ
feruntur ad sepulchras. Vel a tumultis: a tumulatis cognatis: & erit sp̄s Meronymiæ quādo p̄
nitur qd̄ tenet p̄ eo: qd̄ tenet. Et a propinquis q̄ pierē. i. ab extinctis affinibus: ergo a cognatis &
affinibus iam uita fūctis. Et iuuat: delectat. Post tot amissos: post tot cognatos uita fūctos.

Aspicere quicquid restat de sanguine: quicquid sup̄sūt de eadē cognatione. Et dinumerare: quasi
recensere. Gradus generis: oradus cognatiōis. sūt. n. alii superioris alii inferioris ordis dicti: ut Pau
lus iuriscōsultus inqt̄ ad similitudinē scalarū locorūue peluuiū: quos ita ingredit̄ ut de p̄xiō i p̄ximū.

Erit huic linguam: mercurium que uocat.

Duc hanc ad manes: locus ille silentibus aptus.

Nympham: hæc infernæ nympha paludis erit:

Iussa iouis fiunt: accipit luctus euntes.

Dicitur illa duci tunc placuisse deo.

Uim parat: hunc uultu pro uerbis illa precatur.

Et frustra muto nititur ore loqui.

Fitq̄ te grauis: geminosq̄ parit: qui cōp̄ita seruāt.

Et uigilant nostra semper in urbelares.

Proxima cognati dixere charistia carī.

Et uenit ad socios turba propinqua deos.

Scilicet a tumultis. & qui periere propinquis.

Protinus ad uiuos ora referre iuuat.

Postque tot amissos quicquid de sanguine restat.

Aspiceret: & generis dinumerare gradus.

Innocui ueni. Non ueniant ad hæc fontes: sed infuntes: non frater fratri aduersus: non mater in filios crudelis. Veniant ad hæc charistia. Innocui: qui nihil nocuere. Esto: pro sit. Procul procul: longe. Hinc: ab his charistis. Frater impius: malus frater qui in fratrem fuerit iniqus: ut Amulius in Numitorem: Peleus in phocum: quem interemit. Et marer acerba: crudelis: In partus suos: in filios quos peperit: ut fuit Medea. Cui pater est: Nec ueniat ad hoc solene conuiuium qui parentum uitam odio habet. Nec nurui socrus aduersa. Esto inquit procul hic cui: ille cui. Pater est uiuax: cui pater nimium uiuere uidetur: qui est naturæ robustæ. nam illum uiuacem dicimus: qui & re: & tempore ex gente absumi non potest. Qui digerit. qui numerat. Aut qui digerit: qui disponit. Annos matris: qui sperat hoc anno uel illo matrem morituram esto procul. Socrus quæ præmit: que uexat. Nurum inuisam: hoc iam in prouerbum transit: ut socrus nurum diligere non possit.

Innocui ueniant procul hinc: procul impius esto.

Frater: & in partus mater acerba suos.
Cui pater est uiuax: qui matris degerit annos.

Quæ premit inuisam socrus iniqua rorum.

Tantalidæ fratres absint: & iasonis uxor

Et quæ ruricolis semina tosta dedit.

Et soror: & progne: thereusque duabus iniquus.

Et quicunque suas per scelus auget opes.

Diis generis date thura boni concordia fertur.

Illæ præcipue mitis abesse die.

Et libate dapes ut grati pignus amoris.

Nutriat intinctos massa patella cibos.

Tantalidæ: Nunc per exempla declarat: qui hoc in conuiuium admittendi non sint. Absint. sint procul. Fratres tantalidæ: fratres tantalidis similes: ut atreus & thiestes suere tantali nepotes Pelops filii: thiestes ex atrei coniuge filios genuit Atreus illos patri epulandos dedit: ut in thiestis tragedia Seneca refert. Et absit uxor Iasonis: similis uxor Iasonis hoc est Medea: de qua superius diximus quæ patrem prodidit: fratrem lacerauit filios ex Iasone necauit creulam: ob quam repudiata fuerat adussit: & absit. Que dedit semina tosta: sicca: seu decocta.

Ruricolis: agricolis quasi absit illi similis Ino Phryxi & helles nouerca: Athamantis uxor agricolis adusta semina dabat: quæ cum minime nascerentur sequuta est annonæ caritas: ex quo consulti sacerdotes ab Inone corrupti suere: dixeruntque non posse hoc expiari: nisi Phryxus & helle mactarentur: quo decreto: cum ad aram starent a Nephile matre immissa nube cum aurei uelleris ariete rapti seruari sunt: quod latius in fine tertii libri refertur: ergo absit nouerca illi similis. Et soror: Therei Prognæ & Philomenæ fabula latius in metamorpho. libro sexto refertur: thereus thracum rex Martis: ut Callymacus inquit ex bistonyde nymphea filius, hic progne Pandionis Athenarum regis filiam uxorem duxit: quæ illi Itym peperit: rogatus a Progne: ut Philomenam sororem ad se duceret: Athenas petiit: exoratoque Pandione Philomenam duxit: sed internauigandum eius amore captus puellam uiolauit: quærentique facinus linguam abscidit & custodia adhibita in siluis: dereliquit: rediēsque ad Progne extinctam Philomenam aiebat. At illa depicto in tela therei scelere: sorori rem aperit: quæ orgia simulans in siluas uenit: Philomellamque fronsibus rectam in regiam conduxit: Itym filium interemit patrique epulandum apposuit: quo cogito cum utranque interempturus esset thereus: Procne in hyrundinem. Philomelam in sui nominis auem: Itys in fasanum: thereus in upapam conuersi sunt: unde ut apud Plynium est Byzanti cistecta in thracia hyrundines ob scelera therei non subire. Ab sint ergo ab his sacris similes mulieribus his & thereo. Absit & progne & soror: hoc est philomena: quia ambæ in necem Itys conspirauere. Et thereus iniquus daubus: preconæ & philomine progne nam coniugalia iura fregit. Philomenæ quod eam uiolauit. Et absit quicunque auget suas opes per scelus: quicunque per scelera: aut tyrannidem: aut alterius bona occupat: seu depopulat. Sacrificandum est a bonis: & non a malis. illis enim charistis adest inter cognatos concordia. Date boni: uos boni & non mali. Thura quasi sacrificate. Diis generis: diis eiusdem cognationis: diis domesticis: diis eiusdem generis. Concordia: dea de qua superiore libro diximus. Fertur: dicitur. Adesse mitis: benigna. Præcipue illa die: in qua sunt charistia hoc est quod auctore Valerio diximus: ut si qua inter cognatos querella orta esset adhibitis cõcordiæ fautoribus tolleret. Libate: degustate. Dapes: quasi una comedite. Libate dapes ut pignus grati amoris: nam cum simul edietur aut bibitur os iniuriam: quod cum eo qui iniuriam intulit cõcederet: seu biberit seu iuserit. Patella missa: quasi posita super mensa. Nutriat: boni officia. Cibus intinctos: sagiatus: quasi intingat cibi per oēs ipsa patella: aut intillas. Patella nu

ritar: cōditos suggerat. Cibos intinctos: sapore aliquo respersos: nā q̄ gr̄aci βουύα uocāt n̄ri dī cū intinctū: hoc est sapore: inde Ply. Intinctū ex mirto laudat. Iāque ubi: bibendū est: sed tūc p̄ fusius: cū redenda corpora somno sūt. Iamque ubi: postquā. Nox humida suadebit placidos somnos: placidā quietē. Sumite: accipite. Manu sumite: uos. Precaturi. s. q̄ precaturi: sunt: sequēti uersu explicat. Via larga: quasi largiore proculo: ut profusius bibat: Et bene uos: Hec sunt: quæ inter bibendū præcari iubet. Dicite mero suffuso: mero dixit ut sit imistum sine aqua.

Suffuso sparso. Per sacra uerba: p̄ ora. unde sacra uerba egrediūtur. Sacra: q̄a præcatoria. Dicite bene: uos: qui adestis. s. bene uiuatis & ualeatis.

Et bene tu. s. uiuas & ualeas. Tu cæsar: auguste. Optime p̄ patriæ: hoc. n. cognominē appellatus fuit: ut diximus morē hūc bibēdi seruant p̄æ reque barbaroz̄ nationes & e nostris plures. Nos ubi: Decimo calēdas mart. hoc est xx. die feb. est termini festū: terminalia enim sacra a Numa originē habuere: q̄ ut auctor est Dyonisi us cōstituit unūquēque circūscribere fundos suos: sacrosque finibz̄ lapides apponere: lapidesque ipsos sacrauit ioui terminali statuitque eis sacra quōt annis oēs die cōstituta facere super locum ipsū cocentes. Hec romani terminalia a termonibus uocāt: finesque ipsos unius littere mutatione a gr̄aca

lingua proferentes terminos appellant. Quos si quis occulisset. aut transtulisset: sacrum eum esse dei lege statuit: ita ut uolenti eum occidere tamquam sacrilegum: & securitas adesseret & purgatio pollutionis. estque ius hoc non in priuatis modo. sed in publicis quoque constitutū & reliqua. At terminum deum putantes. nihil ei. ut Plutarchus ostendit animatum sacrificant. rationes idem afferunt. An q̄ terminos Romulus agro statuit: quo progredi: ac uicinos mulctare licitū eēt atq̄ omnē agrū proprium existimare: quo ut Leucon dicit hasta perueniunt. Numa uero p̄pilius. Vir ciuilis ac iustus: & in primis sapiens agri terminos cum finitimis constituit: & ipsis finibus terminum omnium causa nominans: quasi præsidem: & amicitiaz: ac paucis custodem: ab omni exede: ac sanguine: & in contaminatum conseruari oportere existimauit. cætera suis in locis dicemus. inquit ergo poeta.

Ubi: postq̄. Nox: caristioz̄. s. Transierit: & illucescet sequēs dies. Deus qui separāt: disternit. Arua suo iudicio: suo segno hoc est affixo lapide. i. terminus deus. Celebres: eum pompa frequēter. Solito honer: assuetis sacrificiis. Termine: Nunc ad terminū ipsū uerba apostrophat: quod a ueteribus eius festum institutū sit. O termine siue es lapis: Lapidē. n. illum fuisse dicunt quē saturnus pro ioue deuorauit: ut paulo post dicemus. Siue es stipēs: trūcus arboris. Defossus: quasi deorsum infossus. In agro: in aruoz̄ disternatiōe. Tu quoque: tū ē.

Habes numen: ritulū honorē: uel nomen ipsū q̄ ita appellatus fueris. Ab antiq̄s: a ueteribus aut ab antiq̄is gr̄acis. nā quod illi τῆ ἀγῶνος nos terminū dicimus. aliqui legunt. Numen hēs: quasi pro deo coleris. Te: o termine. Coronant duo domini de parte diuersa: ex diuersis partibus: nam cum duorum agros diuidant: alter hinc: alter illinc terminum coronant. Et ferunt: pro offerunt. Bina ferta: binas florum coronas: quia hic & ille. Et bina dona: quia uterque sacrificat. non tamen animatum aliquod ut diximus. Ara fit: modum sacrificii explicat. Deinde orationem referet: quæ ad terminum haberi debeat. Ara fit hic: componitur in ipso termini loco ara. Colona rustica: id est uxor coloni ruris. Fert ignem curua texta: texta caua. Ignem sumptum: acceptum. De tepidis: de calidis. Focis: focis pro loco ubi fit ignis: quasi non tunc ex silice ignem elicit: sed aliunde accipit & affert illuc. Ligna: Rustica ignem fert: sed a sene rustico inciduntur: & componunt ligna ad ignem faciēdum. Senex: ipse ruris colonus. Minuit. i. incidit. Ligna & construit: ordinat aut componit. Alte: in altum. Cōcisa: ipsa incisa ligna.

Et pugnat: contendit & nititur. Figere ramos: hoc est stipites. Humo solida: terra dura: & hoc ad congeriē lignorum firmandam. Tum postea ipse rusticus. Irritat: quasi suscitāt ad incendium. Primas flamas sicco cortice: siccis corticibus ut illud Virgilii rapuitque in fomite flammā ita hic in sicco cortice flammā irritat: quod uerbum nunc penultrimam longam habet: sed irritus

Iamque ubi suadebit placidos nos hūida sonos.

Larga precaturi sumite uina manu.

Et bene uos: bene tu patriæ pater optime cæsar.

Dicite suffuso per sacra uerba mero.

Nox ubi transferit solito celebretur honore.

Seperat iudicio qui deus arua suo.

Termine siue lapis: siue es defossus in agro.

Stipes: ab antiquis tu quoque numen habes.

Te duo diuersa domini de parte coronant.

Binaque ferta tibi: binaque dona ferunt.

Ara fit hic: ignem curua fert rustica texta.

Sumptum de tepidis ipsa colona focis.

Ligna senex minuit: concisaque construit alte.

Et solida ramos figere pugnat humo.

Tum sicco primas irritat cortice flammam:

irrita irritū penultimā breuiat. Stat puer: coloni filius q̄a iſerus filia parua. ergo filius & filia ante illū sūt. Et tenet manibus: pleonas mos est. Lata canistra: ampla canistra: in q̄bus erāt: quibus ad sacrificiū opus erat. Inde ubi: Loco thuris fruges adurebant: deinde mella delibabāt. Inde: postea.

Vbi: postq̄: ipse colōs senex. Immisit tres fruges: tria frugū genera: aut tria grana frugū. In medios ignes: ut adurerentur loco thuris. Parua filia porrigit: ostendit delibados: aut apponit. Fa uos incisos: Mel seu ipsam mellis fabricā in frustra diuisam.

Stat puer: & manibus lata canistra tenet.
 Inde: ubi tres fruges medios imisit in ignes
 Porrigit incisos filia parua fauos.
 Vina tenent alii libantur singula flammis:
 Spectāt: & linguis candida turba fauent.
 Spargitur: & cæso cōmunis terminus agno
 Nec queritur: lactens cum sibi porca datur.
 Conueniunt: celebrantque dapes uicina supplex
 Et cantāt laudes termine sancte tuas.
 Tu populos: urbesque: & regna ingentia finis:
 Omnis erit sine te lingiosus ager.
 Nulla tibi ambitio est: nullo corrumpereis auro:
 Legitima seruas credita rure fide.
 Si tu signasses olim tyreida terram:
 Corpora non leto missa trecenta forent.
 Nec foret othryades congestis tectus in armis.

Alii tenent uina: sine uino sacrificiū non fit. Singula oīa libant: libada ponunt. Flamis: nam de singulis: q̄ hēbaut ponebant parū in igne. Turba cādida: uel qd̄ in eo sacrificio cādidi uestibus uterent: uel cādida quasi pia religiosa. Spectant & fauent linguis: uerbis est Metonymia: qd̄ facit pro eo qd̄ fit: aut instrumētum in re.

Spargit &: hoc ē qd̄ negat Dionysius cum dicat sacrificantq̄ adhuc eis non aiatum aliqd̄. Neq̄. n. piū est cūenta re lapides: sed pulues & liba atq̄ alias quafdam fructuū primitias: & ex Plutar. etiam ostendimus nihil aiatum sacrificari. At poeta imolari agnum seu suillā iquit. Terminus cōis: q̄a duorum dominorū. Spargit cæso agno sanguine agni imolati. Nec querit terminus ipse. Cū datur sibi: cū ad honorem eius imolat. Porca lactens hoc est suilla dum adhuc sub lacte est.

Cōueniūt: cōuenit ad hęc sacra oīs uicina & termini laudes cantat. Supplex uicina: quasi oēs uicini supplices.

Cōueniūt ad epulas: sacrorū hog. Et celebrāt: laudāt & frequētāt. Dapes: ipsas sacras epulas. Et cantāt o sancte termine laudes tuas: cantabāt hymnos in honorem termini. Tu populos Hęc uerba i termini laudes canit poeta: unde ē oīo tota laudatoria: quā Panagircū appellare possemus: & ab officio eius cōmēdare terminū incipit. Tu finis: p̄ diffinis: seu destermnas. Populos hoc: quo ad ciuitates intra moenia cū i plures ptes: ut Roma i regiones diuidat. Et urbes: hoc quo ad urbū agros. Et regna igētia: ad regnorū gētiū cōfinia circumscribēda: aut signāda. Oīs ager erit litigiosus: litibus plenus. Sine te: nā nisi termino agri signarent semp agrorū dñi essent in lite: cū alter alterius parte sibi ascriberet. Nulla tibi: Vtē his uerbis poeta tanq̄ re uiuentē alloquit. Sed re uera ut diximus fiebāt sacra hęc ioui terminali. Nulla ergo ē tibi ābitio: q̄a ābitio nō p̄t de ambitu & ambitione supius diximus q̄ ambitus sit crimē affectati honoris a cunctis cū suppicandoq̄. inde ābitio ipsa actio ambitus. Nullo auro corrūperis: q̄si nullo scio.

Seruas: obseruas custodis. Rura credita: rura uel agros tibi cōmissos. Fide legitima: integra: ut & lege institutū ē. Si tu signas. Multa euenere mala ob agrorū cōtentionē cū loca determinata nō cēt ergo. Si tu: o termina. Signasses oli terra tyreidā. Patronymicū scemininū formauit a tyreis. Strabo tyreas numero multitudinis: alii tyreā dicūt: quē locū tucydides i cynosuria eē. inqt ad argiui & Lacedemonis agri cōfinia. Tireā Herodotus Argiorū & Lacedemoniorū cōtentionē: & pugnā fuisse asserit: nā inter eos pactū fuit: ut utrinq̄ trecēti dimicārēt. Occubere argiui oēs prāter Alcenū: & mathinū. Spartani: seu lacedemones prāter othriadē ducē eorū: oēs cæsi. ob quod d̄ decori ascribens othryades cæteris p̄ priā cæsis solū supesse: inter extinctorū cadauera se ipm̄ interemit. alii dicunt sequēti die rursus inchoata pugna laucū: & semituluū. cū icertamen descēdisset: interuisse. At Strabo inqt de hiis saltorū testimonio: quorū cā argiui: ac Lacedemonii: certamen hosti liter cōtulerūt: i quo lacedemonii ducē othryada uictoria reportarūt. ergo si terminus fines illoꝝ signasset. Non forent: pro fuissent. Missa leto: ad mortem. Trecenta corpora: quia utrinq̄ trecēti cæsi sunt prāter duos: quos diximus. Nec foret: Lacedemonii ducē othriade uictores suere ut diximus. Sed cognitum est eos uicisse in scriptione: quam sanguine fecit in clypeo moriens othryades: Vnde apud Valeriū: ubi de fortitudine agit: othryada quoq̄ pugna pariter ac morte speciosa tyreatiū laude: q̄ spacio latius solū cernit: q̄ sanguine suo scriptis lris direptā hostibz uictoria: rātū nō p̄t scā suā i sinū priā cruēto: tropei titulo: excellentissimos Spartanæ uirtutis puctus retulit: hęc

ille tantus ergo uir nō occubisset si distreminati agri fuissent. Nēc foret: p̄ fuisset. Othryades te-
ctus in armis cōgestis: i armis coaggetatis. O quātū sanguinis dedit ille: othryades. Patria: est
hæc poetæ cōmiseratio q̄tū sanguinis effudit illæ p̄ priā. q. d. tātū q̄ moriēs priā et uictoriā pepit.

Quid noua: Tarquius priscus cū eēt ioui optio sanū cōstructurus de loco augures cōsultuit respō-
sū ē i tarpeio colle: sed cū ibi multæ essent deoz are: uisum ē auguribz: ut de unaquaq̄ ara deos cō-
sulerēt: an se moueri cōcederēt. Dii cæteri genitq̄ pmisere i alia loca suas aras trāsferri. Terminus

aūt & Iuēta minime ānuerūt. Attin-
git & hoc Lactantius: sed solū termin-
nū cedētibz cæteris māsisse igr: Qui
lapis erat in formis ac rudis. Vñ illū
Virgilius capitolii immobile saxū uo-
cat: & eū eē dicebat: quē p̄ ioue Satur-
nus uorasse dicebat. Et factō capitol-
lio postea foramē ē i tecto relictum ut
q̄ n̄ cesserat libero coelo frueret. Hæc
ergo hīs sex uersibus a Poeta explicā-
tur i laudē ipsius termini: q̄ ioui cede-
re noluerit: p̄ qd̄ uatū interpretatione
portēdebat ita firmū esse futurū ipert-
um romanorū: Sed hæc ædis iouis op-
tini d̄signationē: cū terminus n̄ cessis-
set Tarquio superbo Liuius ascribit:
Diony. uero prisco. Ego Dionysio
magis assentio: nā & Cornelius tacitū
igt. Vouerat Tarquinius Priscus Rex
bello sabino sedē ioui optio maxio te-
citq̄ fundamēta spe magis futuræ ma-
gnitudinis q̄ tunc po. ro. competere.

Mox Seruius Tullius sociorū stūdio

adiēcit aliqd. Deinde Tarquius supbus capta suessa & Pometia p̄ hostiū spolia fecit. ergo si ille sū-
damēta iēcit illi. hæc de termino ascribenda sunt: sed si q̄s dicat ubi de hīs agit Diony. supbi mētio-
nē facere: caueat ne fallat: nā & i his uti eos dicit arte Nani auguris: qui tpe Tarquini prisci fuit.

Quid: cū admiratione dictū qd̄. Cū noua capitolia: noua iouis ædes. Fierēt: fieri ueller p̄ Targ-
niū p̄scū. De capitolii ædificatiōe & q̄ ad rē faciebāt dixi supiore libro. Cūcta turba: q̄si cætera
ois deoz geniorūq̄ multitudo. Cessit & locū dedit ioui: & hoc pp̄ aras: q̄a oēs dii suas trāsferri p̄-
misere. Terminus iuentus. iter aras. f. Vt ueteres memorāt: ut ab antiq̄ referēt. Restitit i æde:
in loco p̄ iouis æde designato. Restitit: q̄a nō cessit. Et tenet tēpla cū magno ioue: q̄a iter iouis
rēplū ē. Nūc quoq̄: nūc ē: Ne qd̄: ne aliqd̄. Cernat supra se nisi sidera: nisi cœlū: i quo sunt sy-
dera hoc est ut libero coelo frueret. Testatēpli habēt exigū: paruū. Foramen: nā ædificato rē-
plo foramen ē i rēplo relictū. Terminus: ex illo terminus ubi cūq̄ fixus est: effodi n̄ pōt & poena erat
quā supius dixim i eos. q̄ aut occulissent aut trāsulissent terminū: Terminus post illud: posteaq̄ i
de auelli nō potuisti. Nō ē tibi leuitas libera: q̄a nō leuiter aut libere potes auelli ex aliis locis: nā
capitale ē. Et manes: & firmus manes. In statione q̄: in loco quo positus fueris: ubi fixus eris fue-
ris illud ris lōgū rōnē i p̄statione huius opis diximus. Nec tu ui: ut ioui nō cōcessisti: sic nec homi-
ni q̄cūq̄ cōcedas. Nec tu: o termine. Cōcede: p̄ cōcedas. Quicq̄: aliqd̄. Vicino rogāt: hoc est si
qd̄ a te peteret qd̄ suū nō esset: ne cōcedas. Ne uideare: pro uidearis. Præposuisse hoīem ioui: q̄a
ioui nō cessisti: nō cedas homini. Et seu uomeribus: siq̄s te cederet rusticis istrumētis: ut alter de al-
terius agro qd̄ surripet iclames illud illius & hoc huius eē. Et seu: siue. Tu pulfabere: uerberabe-
re. Uomeribus seu rastris clamato: uociferes. Hic ager est tuus ille ē suus: q̄si hoc tuū: & illd̄ illius
ē uia q̄: i priuatoz agris supra terminos a priuatis sacrificabat. In cōfinibz at̄ urbiū publice sacrifi-
ciū fiebat. & si romani iperū orbis extremitates t̄mino arietē imolabāt. & hoc ē cōtra id: qd̄ Diony-
sius iquit: & Plutar. ut paulo supius diximus: qd̄ animatū nō immolabatur. Est uia: quæ ducit po-
pulum in agros laurentes: est uia p̄ quā itur laurentum: quæ fuerat regia latina. dicta est uia lauren-
tina quæ est iter uiam hostiensē: & Appiam: postea p̄ appositionē addit. Regna quondam peti-
ta duci dardanio: hoc est Aenæ: q̄a illuc appulit. & post mortē Latini regnauit. Illic in ea uia lau-
rentina. O termine sextus lapis: signabantur tunc milia passuum lapidibus. Ergo sextus lapis
ab urbe. i. in loco distanti ab urbe sex mili. pas. Videt fieri tibi sacra: sacrificia. Fibris: extis. Pe-

O quantum patriæ sanguinis ille dedit.
Quid noua eū fierent capitolia: nempe deorū
Cuncta ioui cessit turba: locumq̄ dedit.
Terminus: ut memorant ueteres: iuentus in æde.
Restitit: & magno cum ioue templa tenet.
Nunc quoque se supra nequid nisi sidera cernat
Exiguum templi tecta foramen habent.
Termine post illud leuitas tibi libera non est:
Qua positus fueris in statione manes.
Nec tu uicino quicquam concedere roganti.
Ne uideare hominem preposuisse ioui.
Et seu uomeribus: seu tu pulfabere rastris.
Clamato tuus est hic ager ille suus.
Est uia quæ populū laurentes ducit in agros.
Quondam dardanio regna petita duci.
Illic lanigeri pecoris tibi termine fibris

coris lanigeri: hoc est arietis: aut ovīs agni: & cætera. Nā hæc animalia lanā habēt. fibræ p̄ extis po-
sunt: nā exta sacrificant̄. Fibræ sunt ille in extis uenæ. Gentibus: sacrificabat̄ in finibus agrorū: ac
ne quis mirē tā p̄pe urbē a romanis sacrificari: ac si breues essent eorū cōfines inquit gētū cætera-
rū agros certis limitibus definitos eē. Romā aut̄ cū orbe cōfinia terminasse. Tellus quasi telluris
spaciū. Est data aliis gentibus: cæteris nationibus. Certo circumscripto. Limite: termino. Idē
spaciū: idē terminus est. Orbis & romanæ urbis: q̄a eos habet urbs t̄minos quos habet orbis unū

Sacra uidet fieri sextus ab urbe lapis
Gentibus est aliis data tellus limite certo
Romanæ spacium est urbis: & orbis idem.
Nunc mihi dicenda est regis fuga traxit ab illa.
Sextus ab extremo nomina mense dies.
Ultima traquinius romanæ gentis habebat
Regna: uir iniustus: fortis ad arma tamen.
Cœperat hic alias: alias euerterat urbes:
Et gabios turbi fecerat arte suos.
Nāq; trium minimus proles manifesta superbi:
In medios hostes nocte silente uenit.
Nudarunt gladios occidite dixit inermem:
Hoc cupiunt fratres: tarquiniuleq; pater:

uersus. Nūc mihi: uigesimaltertia die
es mensis february: hoc ē septimo cal-
endas martias appellata ē regis fugæ
quando Tarquinius superbus cū filiis ele-
cti sunt. Poeta longam de hoc histori-
am refert: cū quo Lilius cōcordat: ita
ut alter alterum imitatus uideat̄. Dio-
nysius autē i aliquibus discrepat: ut di-
cemus suis i locis. Sed an Tarquinius
superbus filius: nē posue fuerit Tarque-
nius prisci: cui Seruius Tullius successit
satis & a ualla iā pridem & lōge post a
Pōponio nostro & alias a nobis dis-
putatū ē Lilius ipse incertū reliquit: cū
dicat hic. L. Tarquinius Prisci Tarque-
nii regis filius: neposue fuerit: parum
liquet: plurimis tamen auctoribus fili-
um crediderim. Sed quandū ex Floro
& Dionysio colligi pōt: superbus prisci
nepos fuit hic a prauis moribus: & ab

inclamētia: & isolentia superbus cognominatus ē. inquit ergo. Nunc est dicenda: scribenda: canē
da: referenda. Regis fuga: fuga Tarquini. Sextus dies ab extremo mense: quasi ab extrema die
mensis february: si numerare incipias usq; ad sex erit uigesimaltertia dies. nā uigintiq̄to tantum ha-
ber february: illa ergo dies. Traxit nomina: denominata est. Ab illa: fuga. s. regis. nā dicit̄ re-
gis fuga & maximo i honore habebat̄ a romanis ob eiectos tyrannos & libertatem partam. Ulti-
ma: ultimus fuit romanorū regum Tarquinius superbus: quē alii nepotem prisci: alii filium dixere
Seruii Tullii filiam uxorem duxit: ipsoq; socero suo interempto regnum inuasit: quo die scelerata
Tullia per patris iacentis corpus carperē egit & ipse gener socerum sepultura prohibuit. Romulū
quoq; insepulta perisse dicit̄. Ultima ergo tarquinius gabeat regna romanæ gentis: quia ul-
timus Romæ regnauit. Vir iniustus tamen fortis ad arma: ad rem militarem ad prælia. & Lilius
de hoc. Nec ut iniustus rex in pace. ita dux belli paruus fuit quin ea arte equasset superiores reges nō
degeneratū in aliis. Cœperat hic: in uolscos bellum mouit: Suessam & pometiam ui captas diripu-
it. gabios fraude cœpit. Hic Tarquinius. s. Cœperat alias urbes: quia expugnauerat. Alias euer-
terat: quia diripuerat: & deleuerat. Et fecerat suos: quia in potestatem suam redegerat. Gabios
turpi arte: fraude & dolo ac filii audacio. gabii ubi essent ita Diony. refert: urbs erat latini generis
ab albanis condita ceterum stadis Roma distans super uia qua pranesta itur gabios hanc uocabāt.
Nunc enim amplius habitata non est omnis præter quartam partem: occupāt diuersoria & caupo-
nē secundum uiam & reliqua. Namq; trium: Tarquinius tres filios habuit: Titum: aruntem: Sex-
tum tarquinos. hic natus minor communicato cum patre consilio: gabios transfugit patris in se se-
uitiam in tolerabilem conquerens: iam ab aliis in suos uertisse superbiam: se quidem inter tela &
gladios patris elapsū & alia multa: quibus eos commouit: quæstus ē. Redegerat ergo superbus ga-
bios in suam potestatem. Sextus de quo poeta agit: ut Lilius iquit: & poeta asserere uidetur: e tri-
bus filiis minor erat natus. Dionysius autem eum maximum natus pluribus in locis uocari: cū assen-
tiendum puto: præcipue cum lucretiam ambiens: ut iserius dicemus in uxorem eam acciperet: & re-
ginam facere pollicebatur: cū regnum sibi tanquam natus maximo deberetur. Nāque minimus tri-
um uidet̄ minor e tribus tarquini filiis per appositionē. Proles manifesta: aperta. Superbi uel
ob innatos mores quibus erat ei similis: uel ob omnia certa signa. Venit in medios hostes trans-
fugit gabios. Nocte silente: noctis tempore. Nudarunt gabini: qui in excubiis erant. Nus-
darunt gladios: ut scilicet hunc interficerent. Ille dixit occidite inermem: inermis. n. illuc erat.
Ergo occidite inermem: uirum sine armis. Hoc: ut scilicet me occidatis. Cupiunt fratres. Ti-
tus & Arus. Et pater tarquinius: hoc etiā cupit: est genus dissuasionis: cū rogat ut faciant rem hor-
sti gratā: ut Si non apud Virg. iam dudū summe poenas: hoc leacus uelit: & magno mercē arida.

Quis fratres & pater. Lacerarunt mea terga crudeli uerberere: p uerberibus crudelibus. Ut posset hæc dicere: ex ueritate. s. quod illi eum uerberassent. Erat passus uerbera. & Diony. de hoc disside inquit ab eo: hoc est a patre simulat: qd bellū aduersus gabinos deponi noller. uerberatusq; ab eo uirgis in foro. & in cæteris contumelia: habitus. Luna fuit: lucebat tunc luna, ita ut ad eius lumen bñ possent discernere. Spectant: gabini. s. Iuuenē: Sextū. Et recondunt gladios: referūt in uaginā. & uident terga notata: signata uirgis: aut uerberibus. Deduc̄ta ueste: remota ueste. Flēa quoq;: cōmiseratione moti gabini fere cœpere: excepere illū precati ut se cū i patrē bella gereret: ille cū secū haberet amicos transfugas simulatos. & aliis accersitis saepe i romanos irruēs: ex cōposito cū ingenti sda reuertebatur: qd cū saepe fecisset sperantes gabini & ipsi Romæ castra aliquando ad mouer. e caelo Sextū ipsi missū dicūt ducēq; constituunt post multa foelicit gestā: cū in gabis maximus eēt. patri per secretum nunciū rē aperit. & quid facto opus esset pcontat. Sed hæc postea psequemur. Flent quoq;: flent gabini commiseratione moti. Et ps cantur: ut sextus ipse. Tuceat secum: cū ipsis bella: uel ut eos a bellis tueat: uel defendat bella ipsa a gabiorū parte. Ille. Sextus. Callidus: astutus.

Annuat: nutu quæ petunt pmittit.

Tradiderat artes uictas uictoribus: quia nondum dicta fuerat a Romanis: qui eam postea & totum orbem uicere. Verum ars gratiae erat peloponnesus: & peloponnesi caput erat. Corynthus: ideo eam urbem totius graeciae lumen uocat Cicero: ubi cum iniuriosus legati tractati essent: Romanus Duce. L. Mummius eam urbem funditus euerterunt: aliqui legunt. Uictas artes: artes uictorum quia eas a graecis uictis nondum acceperant. Facundum genus: sed male forte: quasi gratia: quae eloquentiae: & aliarum artium laude praestaret: non autem animi fortitudine: qua in militia excelleret. Male: in compositione significat negationem ut male sanus pro insanus: male fortis: non fortis. Qui bene pugnabat: qui strenuus erat in bello. Nouerat artem romanam: cum romanis essent uires: & animi robur: & scientia rei militaris. Qui poterat mittere pila: qui erat excellens pilae: hoc est teli romanum iaculator. Erat disertus: erat facundus siue eloquens. Verum plus est eloquens: quam disertus: nam & M. Antonius apud Ciceronem ait: a se disertos uisos esse multos. Eloquentem autem neminem. Quod Fabius ita exponit: Disertos putat dicere: quae oporteat. Ornate autem dicere proprium esse loquentissimi & reliqua. Quis tunc: Nondum romae habebatur ulla strogologica disciplina ratio: Sic nec astrorum cursus obseruatus: quia nondum penetrauerant in gratiam latini: nec in phoeniciam: aut in aegyptum: cum aegyptii seu assyrii primi coelum obseruauerint a quibus mercatorum & nautarum commercio accipere phoenices & ab his graeci. Cumque ad hos populos nondum accessissent: percipere coeli rationem minime potuerunt. Sola ea erat romanorum cura: ut tenerent sua signa: & illa tuerentur: Signa autem caelestia non intelligebant. Quis tunc: eo tempore quo condito est urbs. Senferat hyadas: cognouerat succulas: Aut pleiadas atlantheas: Atlas enim ex pleione filias: Vir hoc. d. quis obseruauerat sidera aut uerna aut hyenalina. hyades enim ortu hyemem referunt pleiades uero oriuntur uere: ideo uergiliae dicte. Hyades. v. stellae sunt in fronte tauri: quae fuere atlantis ex aethra filiae. anque ex istis parietibus nascerentur hyas: a quo Museus hyades uocari dicitur.

Atribus hunc primum turba forensis habet.

Et tibi cum proauis miles peligne sabinis

Conuenit: huic genti quartus utriusque deus.

Romulus hos omnes ut uinceret ordine saltem:

Sanguinis auctori tempora prima dedit.

Nec totidem ueteres: quot nunc habuere calendas:

Ille minor geminis mensibus annus erat.

Nondum tradiderat uictas uictoribus artes

Gracia: facundum sed male forte genus.

Qui bene pugnabat: romanam nouerat artem:

Mittere qui poterat pila: disertus erat.

Quis tunc aut hyades: aut pleiades atlantheas

FASTORVM

Cicero uero ab **U**alid qđ ē puluere: qđ pluuiā sūt dicti uoluit. Pleiades a vii. fuere; De his dicemus principio sequentis libri. Aut quis senserat eē duos polos sub axe polum arcticum & antarcticum axem sustinentes. & axis pro ipso polo ponitur interdum: De quo pompeius Axis inquit quē græci **axan** uocant plures hēt significatiōes. nā & pars cæli septentrionalis & stipes teres circa quē rota uertitur & tabula sectilis axis appellatur. Poli duo sunt borealis & australis. borealis altissimus est his: qui sūt in nostro hemispherio. Australis imus & depressus: & qui a nobis uideri non possit. Vnde Vergil. primum de boreali hoc ē de arctico polo: Deinde de australi hoc est antarctico loquens ait: Hic uertex nobis semper sublimis: at illum sub pedibus styx atra uidet. manesq; profundi. u. **S**i senserat esse duas arctos: ursam maiorem: & minorem: de quibus superiore libro diximus. Quarum: arctorum seu ursarum. Sidoniis: hoc ē a phoenicibus a Sydone urbe. Petat cynosura hoc ē minor urfa ad cuius obseruationem phoenices nauigant. Graia carina: per metonymiam: hoc est græcus natura. Notat helicem: hoc ē maiorem ursam: ad cuius obseruationē græci nauigant: hæc enim sydera a nautis obseruabatur: De quo in. viii. pharsaliæ Signifero quæcunq; fluūt labentia cælo Nunquam stante polo

Senserat: aut geminos esse subaxe polos?
Esse duas arctos quarum cynosura petatur
Sidoniis elicen graia carina notet?
Signaq; quæ longo frater percenseat anno:
Ire per hæc uno mense sororis equos?
Libera currebant: nec obseruata per annum
Sydera: constabat sed tamen esse deos
Non illi cælo labentia signa tenebant:
Sed sua: que magnum perdere crimen erat
Illa quidem sceno: sed erat reuerentia sceno
Quantam nunc aquilas cernis habere tuas
Pertica suspensos portabat longa maniplos:
Inde manipularis nomina miles habet.

miscros fallentia nautas: Sidera non sequimur: sed qui non mergitur undis Axis inocciduus: gemina clarissimus arcto. ille regit puppes: hic cum, mihi semper in altum. Surget & instabit summis minor urfa cheruchis: Bosphoron: & scythiæ curuantem littora pontum spectamus: quicquid descendit ab arbore summa. Arctophilax, propiorque mari cynosura feretur. In syriæ portus cedit ratis ide cæopos. Excipit australi cælo cœcta uagari Stella timēs boreā: illa quoq; pge sinistra: Trans pharon: in medio tangit ratis æquore syrtim. Ex his cōstet phoenices obseruare minorem ursam quam primus oīum obseruasse lycurgus phœnix tradit: græci helicem sequuntur: Vnde flaccus graiis helicæ seruanda magistris, poniturq; helice p maiore urfa: ab helice oppido in quo nata Calisto ab Higino fert: q̄ in ipsam maiore ursam uersa est. Cynosurā aut uolunt aliquid higinus meminisse unā e nutricibus iouis: appositāq; plaustro: & pro minore urfa accipitur. Et q̄ senserat. Stigua. xii. illa signa: quæ sūt in Zodiaco. Quæ percenseat: enumeret. Frater solis pem. Logo āno: āno solari q̄ cōstat ex. xii. mēsisib; q̄b; .xii. uila signa sol permeat. nā in uno quoq; signo mensem unū absumit. Quis senserat equos sororis: lunæ. Ire per hæc: oia duodeci signa. Vno mēse: nā spaciū signorū per Zodiacū: quod sol. xii. mensibus decurrit: Luna singulis mensibus conficit. Sidera currebant libera: quasi nōdū latinorū obseruatiōe pcepta. Nō obseruata per annū. & ob id libera. quia non obseruata pro anni ratione. Sed tamen cōstabat esse deos qui sideribus noīa dederāt: non tamen intelligebant siderum rationem. Illi conditores urbis: aut ipsi uerteres. Nō tenebant: nō intelligebant. Signa labentia cælo rationē occasus siderū: sic nec ortus. Sed sua tenebant quæ tum sui iuris erant. tenebant sua signa: quibus in bellū pdibant: Quæ signa pdere erat magnū crimē: nā pro magno scelere habebat deserere signa romana: aut hosti cōcedere. Sed quæ signa erāt mox dicemus. Illa quidē sceno: prima romanorū signa fuere sceni manipuli. Vnde manipulares milites dicti: quod ab occupatiōe albæ sumpsit inuitū. De quo Plutarchū scribit Romulū cū pastoribus in Amuliū irruentē: & albā ingressum. Confedere inquit in infestiore ciuitatis loco: cum iam itromissi essent & partem ipsius plurimam occupassent Verutis longis armari fasciculo stipularū adiuncto quos latini manipulos uocant Vnde & nunc in exercitu pedites ab his manipulariū appellantur. hæc ille uerū postea signa romanorum fuere aquilæ lupi leones apri minotauri boues. Illa quidem signa. s. sceno: ex sceno erāt. Sed erat reuerentia sceno nā omnes scenum quod pro uexillo ferebant reuerentē non secus ac posteri aquilas. Quantā tantā erat sceno reuerentia. Quantam cernis uides o germanice. Habere nūc aquilas tuas quas tu fers in exercitu. Aquila enim erat quæ legionem præcedebat & unaquæque legio ferebat quādam. Pertica longa non enim erat hasta exposita sed rudis pertica uelut ex nemore. erat auulsa: portabat. Manipulos suspensos: manipulum sceni. Inde: ab his sceni manipulis. Miles manipularis: pro manipularis. Habet nomina: quia inde manipulariū dicti sunt: & Varro in uir. Manipulos exercitus minimas manus: quæ unum sequuntur signum.

Ergo: ut concludat simplicitate quadam: & siderum imperitia Annus tantummodo .x. mensibus constitutus est. Ergo animi indociles, qui nihil discere poterant. Et adhuc carentes ratione pro rationibus, id est rerum causis: quas ignorabant. Egerunt: constituerunt. Lustra minora .x. mensibus nam ut minores anni ita minora lustra. Lustrum .n. cum sit spacium quinque annorum ut superius ostendimus & annus constaret & ex .x. mensibus. Continebat tantummodo illud .L. menses & cum computatur annus ex .xii. mensibus lustrum constabit ex .lx. sic eo tempore .x. mensibus erat minus.

Licet post Romulum a Tullo Hostilio lustrum fuerit institutum. Sed per haec uerba poeta uoluit ostendere anno naturali duos menses a principio defuisse. Annus erat: Decimo quoque lunae peracto cursu civilem tunc annum computabant: ex eo quod de narius numerus perfectior sit: & in honore erat. uel quia .x. digitos continent hominum manus uel quod decimo mense parit foemina: uel quia cum numeramus: ad decimum uelque ascendimus. Erat annus cum luna receperat orbem decimum: cum decies in rotunditatem se repletet. Hic numerus denarius. scilicet. Erat tunc Romuli tempore. In magno honore & quia perfectior numerus. Seu quia tot

Per quos solemus numerare: plerumque enim digitis numeros computamus. Seu quia foemina parit bisquino: hoc est decimo mense. de quo plura circa principium primi libri diximus. Seu quod uenimus usque ad decimum numero crescente cum numeramus ascendimus usque ad .x. postea resumitur primus numerus decimo additus: ut .x. postea .xi. .xx. postea .xxi. sic de reliquis. Inde decem. Sumitur principium numeri. scilicet. quod est illud unum. Nouis spacis: per quae numeramus. Inde pares: non modo in anni computatione seruatus est denarius numerus: sed etiam in militia cum centurias hastatos principes pilanos equestris & omnes ordines denario numero diuisit. Quod ut facilius intelligatur. ordinem aciei referemus: qui postea seruatus est. in plures ordines instruebantur. Ordo enim sexagenos milites duos centuriones. Vexillarum unum habebat. Leues autem: qui hastam tantum gessa quae gererent uocabant. Haec prima frons in acie: florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde aetas: totidem manipulorum: quibus principibus est nomen. Hos sequebantur securati omnes: in signibus maxime armis. Hoc .xxx. Manipulorum agmen. Ante pilanos appellabant quia sub signis iam alii .xv. ordines locabantur. Ex quibus ordo unus quisque tres partes habebat: earum unam quamque primum pilum uocabant. Tribus ex uexillis constabat. Vexillum .c. lxxxiii. homines erant. Primum uexillum. Triarios ducebat ueteranum militem spectare uirtutis. Secundum Rotarios minus roboris aetate: factisque. Tertium accensos: minime fiducia manu. eo & in postremam aciem reiciebantur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset: Vastati omnium primum pugnam inibant. Si hastati profigere hostem non possent: pede presso: eos retrocedentes in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principium pugna erat hastati sequebatur: Triarii sub uexillis confidebant. Sinistro crure prorecto: scuta innixa humeris: Hastas sub erecta cuspide in terra fixas: Haud secus: quam uallo sepra inhorreret acies tenentes: Si apud principes quoque: haud satis prospere esset pugnatum a prima acie. ad Triarios sensim referiebantur. Inde rem ad Triarios redisse cum laboratur: Prouerbio increbruit. Triarii consurgentes: ubi in interualla ordinum suorum principes & hastatos recepissent: Exemplo comperis ordinibus: uelut clauderent uias: unoque continente agmine. Iam nulla spe post relicta in hostem incidebant. id erat formidolosissimum hosti: cum uelut uictos in sequenti nouam repente acie exurgentem: auctam numero cernebant. Haec ex Liuii. viii. primae deca. libro. Inde ex ea ratione denarii numeri. Romulus secrete diuisit. Centum: Centurias ipsas quae ut uarro inquit sub uno centurione sunt: quarum centenarius iustus numerus. In denos orbis pares: in decem aequis circumnumerationes, nam denario numero diuisit. Et instituit. x. hastatos: quo denario quoque numero diuisit: nam in singulis ordinibus. x. erant: & postea ad sexagesimos auctus est numerus. Hastati: ut uarro inquit: dicti primi hastis pugnabant. Et totidem corporum habebat princeps: hoc est principium numerus continebat. x. milites. nam & denario numero diuisi princeps: qui ut ostendit uarro a principio gladiis pugnabant. & post comutata re militari minis illustra sunt. Totidem corpora habebat pilanus: nam & pilanorum numerus in denos quoque diuidebatur.

Egre animi indociles: & adhuc ratione carentes

Mensibus egerunt lustra minora decem.

Annus erat: decimum cum luna receperat orbem:

Hic numerus magno tunc in honore fuit.

Seu quia tot digitis: per quos numerare solemus:

Seu quia bis quino foemina mense parit.

Seu quod ad usque decem numero crescente uenitur:

Principium spatii suum inde nouis.

Inde pares centum denos secrete in orbis

Romulus: hastatos instituitque decem.

Et totidem princeps: totidem pilanus habebat

FASTORVM

Pilani qui pilis pugnabant. Verum ut Var. inquit Pilani triarii quoque dicti: q̄ in acie' Triario ordine: extremis subsidio deponebant: quod hi subsidiebant: ab eo subsidium dictū: a quo Plau. Agire nunc subsidite oēs quasi solēt triarii. Et qui: & ille qui. Merebat: militabat: Sed merere sine diphthongo scribere stipendio militare est: nam poeta in amoribus ait: lussit & i castris æra merere suis. Equo legitimo: lege sibi concesso. nec corrupte legas hūc locū: ut alii fecere: q̄sque merebat equo. non enim quisque. Sed quique dicendum est: nam de equitum turma intelligit in

denas quoque partes diuisa. nam in una quaque tribu decem. Turma. n. ut ostendit Varro Ternia est: e in u abiri: quod terdeni equites ex tribus tribubus Titensium: Ramnensium: & Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarū. Decuriones dicti: qui ab eo in singulis turmis sunt & nunc terni. Quin etiam ille Romulus. Dedit totidem partes titensibus & luceribus & quas uocant Ram etiam denario numero diuisit tribus Titensem: Ramnensem & Lucerem: nam unaquæque tribus in de curias. x. diuisa est. De harum appellatione ita Varro inquit: Ager Romanus primum diuisus in partes tris. A quo Tribus appellata: Titien

Corpora: legitimo quique merebat equo.
 Qui etiam partes totidem titensibus ille
 Quosque uocant ramnes luceribusque dedit.
 Assuetos igitur numeros seruauit in anno
 Hoe luget spatio foemina mœsta uirum.
 Neu dubites: primæ fuerit quin ante calēdæ
 Martis: ad hæc animum signa referre potes.
 Laurea flaminibus: quæ toto perstitit anno:
 Tollitur: & frondes sunt in honore nouæ.
 Ianua tunc regis posita uiret arbore phœbi:
 Ante tuas itidem curia prisca fores.

sum: Ramnium: Lucerum: nominatæ: ut ait. Ennius Titenses a Tatio. Ramnenses a Romulo: Luceres ut ait Iunius a Lucumone: Sed omnia hæc uocabula thusca: ut uolumus: qui tragedias thuscas scripsit dicebat. Et pompeius inquit Titensem tribum a prænomine tati regis appellatā uideri: & titiam quoque curiam ab eodem rege dictam. Et Plutarchus asserit. In compositione rerum cū sabinis Centurias tres descriptas & appellatas primam a romulo ramnensem alteram. Tatiensem a tatio: & aluco lucerem: ubi erat constitutum asyli templum. Centuriæ tribus dictæ sunt: qui his præerant tribuni uocari. Pompeius autem inquit Lucerenses: & Luceres: quæ pars tertia po. ro. est distributa a Tatio: & romulo appellati sunt a luceo ardeæ rege: q̄ auxilio fuit romulo aduersus tatum. Assuetos: Cum & in diuisione populi: de quo superius: & in militia denarium seruasset numerum. seruauit & in anno. ea etiam ratione: quam a principio rettulimus. Per totidem menses a funere cōiugis uxor sustinet in uidua tristia signa domo. Seruauit igitur: romulus. Numeros assuetos: & in populo & i militia seruauit et. In. año in anni ratione: Hoc spatium x. mensium. Foemina mœsta: uidua & ob id mœsta. Luget uirum: uiri mortē. x. n. mensibus lugubris se se domi continebat: ut in primo libro ostendimus. Neu dubites: Vt cōstet calē. martias fuisse anni principii: ea signa refert: quæ in principio huius libri rettulimus ex Macro. Et in regia & i curiis & i flaminū domibus: & in templo uestæ laureas ueteres nouis mutari. Quod quia olim in principio anni romulei fiebat. Seruabatur etiā suo rēpore: & nouus ignis a uestalibus accēdebat. Neu: ut non. Dubites: sed ut certior fias. Quin: qd̄ ita hoc in loco exponas quin: pro qd̄ nam crebrum hoc repit̄ i epistolis Ciceronis: ut nō dubito qn̄ eo sis aīo: quo ego eēm sigd̄ tu me rogares hoc est certus sum q̄ eo sis animo quo essem. Terentius Non dubium est quin uxorem nolit: quasi certum est quod nolit. Ponitur etiam p̄ quid non ut ē illud Salustianū. Quin igit̄ ex pergiscimini. ponitur etiam pro insuper: ut apud. Verg. quin protinus omnem perlegerent oculis Ergo hoc in loco. Neu dubites: certus sis. Quin: quod. Fuerint ante primæ calen. martis q̄ ea lēde martii mensis fuerint prius primæ. nā i ani principio. Laurea quæ perstitit toto año flaminibus Corōa ex lauro q̄ a principio ani ad finē pmālit aut pepēdit i flaminū domibus. Tollitur: remouet̄ Et nouæ frōdes sūt i honore nā reiecta ueteri laurea: noua apponitur. Titic: calendis martis. Ianua regis ianua regie. & de regia cōsulum intellige: quæ erat in palatio. Viret: uiridis tunc uidetur. Posita arbore phœbi: apposita lauro: quæ sub phœbi tutela ē propter Daphnē uirginē quam amauit in eam arborem demutatam. Curia prisca. quasi uires tu etiam uetus curia. Itidem: similiter. Ante tuas fores apposita. s. lauro. nam illud repetendum posita arbore phœbi: curiæ ut Varro inquit duorum generum. Nam & ubi curaret sacerdotes res diuinas ut curiæ ueteres & ubi senatus humanas ut Curia hostilia q̄ primus ædificauit Hostilius rex. Ante hanc rostra: cuius id uocabulum: ex hostilibus capta fixa sunt rostra. Et alio loco iquit: Curia ubi senatus rēp. curat. Illa & etiam curia dicitur ubi cura sacrorum publica: ab his curiones. Et Pope. iiii. de significatione uer. Curia inquit locus est ubi publicas curas gerebant. Calabra: Curia dicebatur ubi tantum tatio sacrorum gerebat. Curia etiam nominantur: in q̄bus unius cuiusque pris po. ro. qd̄ gerit

Quales sūt hae: in quas romulus populū distribuit numero .xxx. Quibus postea additae sunt quae: ita ut in sua quisque curia sacra publica faceret: sciasque obseruaret. Hisque curiis singulis nomina curiarum uirginum imposita esse dicuntur: quas uirgines quondam romā de fabinis rapuerant. Laureā canā: Laureā uetūs: nam canos senes dicimus a canis crinibus. Cedit ab illiacis focus remouetur a templo. uestae cuius sacra ex illo aduecta. Ut uesta quoque niteat ut uestalis ara aut templi ianua. Niteat uelata tecta. Folio recenti nouis lauri frondibus: nam inde etiam ueteres laureae remouebantur: & nouae ponebantur. Adde: ad haec quod dicitur fieri nouus ignis in aede arcanā: in generalibus ueste nouus ignis accenditur. arcana dixit: quia non licebat ingredi maribus. Flāma resecta noua quae tum succensa. Capit utres: cum paulatim uehementius accendatur. Nec mihi. Et ex hoc etiam argui potest: Mensem hunc anni principium fuisse: quod in eo mense: ut & Macrobius asserit ad aenam perennam sacrificatum iur: ut annare: perennareque commode liceret: quodque calendis Martis comitia auspicabantur: qui quidem mos usque ad bella punica seruatus est.

Tunc enim primum cepere auspiciari comitia calendis ianuar. Alia ratio: cum dicamus quintilem quinto loco sic sextilem sexto sic usque ad decembrem: qui est ultimus & decimus a martio significat martium fuisse primum. Nec mihi parua fides: sed magna fides habenda est quasi credendum est. Hunc: a martio. Esse fuisse annos priores: incepisse ueteres annos seu anni principia fuisse. Quod hoc mense est coepta coli anna perenna. Quod mense martio coepere fieri sacrificia annae perennae: cum esset tunc anni principium: quo ut Macrobius inquit annare & penare commode liceret. Sed de anna inferius dicemus. Hinc ex hoc mense. Memorantur referuntur initia ab incoinitis. Honores ueteres magistratus prisci quasi referuntur comitia auspiciaria & initia magistratus. Honor enim ut Calistratus iuris con. inquit. Est municipalis administratio reipublicae cum dignitatis gradu siue cum sumptu siue cum erogatione contingens. Ad spatium quasi usque ad tempus. Opone per fide o Aphri seu Carthaginenses scedisti agi de quibus Syllius Ter marie sinistro iura tumque ioui scedus conuentaque patrum Sydonii fregere duces: arque implus ensis Ter placidam suscit tenendo abrumpere pacem. inde scedisti regi dicti & ipse uerbio fuit punica perfidia. Belli tui usque ad bella punica: Denique Quintilis iulius: qui prius Quintilis dicebatur ut in primo diximus: Quae sequitur numero turba uocata fuit. Fuerat quintus ab hoc quintus a Martio. Et inde a quintili. Quisquis mensium. Incipit cuiusvisque sit initium. Habet nomina a numero nam Sextilis a sex. September a septem. October ab octo. Sic de reliquis. Primum Et primo libro diximus anno romuleo Numa duos menses addidisse. Nunc idem refert. romulus annum .x. mensium computarat a martio incipientem qui conficeretur diebus .ccc. lxxv. ut sex menses Aprilis iunius Sextilis: September: Nouember: December tricenum essent dierum. Quattuor uero Martius: Maius: Quintilis october: Tricenis & singulis expedirentur. Numa .L. dies addidit ut in .ccc. lxxv. dies quibus .xii. Lunae cursus constici credebat. Annum extenderetur. His .L. a se additis adiecit alios sex retractos illis mensibus sex qui .xxx. habebant dies idest de singulis singulos factosque .L. & sex dies in duos nouos menses pari ratione diuisit ac de duobus priorem ianuarium nuncupauit. Secundum dicauit februo deo lustrationum. Paulopost in honorem iparis numeri. Secretum hoc & ante pythagoram parturiente natura. unum ediecit dieque ianuario dedit ut tam in anno quam in mensibus singulis preter unum februarium impar numerus seruariet. Nam quatuordecim menses si singuli aut pari aut impari numero putaret. Consumatione parum faceret. Unus pari numero institutus uniuersa putatione impari fecit. Ianuarius aprilis. iunius. sextilis. september. Nouember. December: unde tricenis censebantur diebus Martius Maius. Quintilis. October dies tricenis singulos possidebat. Solus februius .xx. & octo retinuit dies quasi in feriis & diminutio & impar numerus conueniret. Haec ex Macrobio de anno a Numa instituto cui postea caesar addidit .x. dies & instituit in fine cuiusque quarti anni ut dies unus intercalaris adderetur ad supplementum quartae partis diei sed de his in principio diximus. Si quis plenam aut cumulatam rationem intercalationis scire cupit legat ipsum Macrobius. Primum pompilius. Numa pompilius pompilius pontii uiri illustris filius. Deductus romani ab aruis oliuiferis accitus in regem ex fabinis aruis.

Vesta quoque ut folio niteat uelata recentis

Cedit ab illiacis laurea eana focus.

Adde quod arcana fieri nouus ignis in aede

Dicitur: & uires flamma resecta capit.

Nec mihi parua fides hinc annos esse priores:

Anna quod hoc coepta est mense perenna coli

Hinc etiam ueteres initia memorantur honores

Ad spatium belli perfide poene tui.

Denique quintus ab hoc fuerat quintilis & inde

Incipit: a numero nomina quisquis habet.

Primus oliuiferis romam deductus ab aruis

Pompilius menses sensu abesse duos.

FASTORVM:

olea abundantibus. Respcxit poeta ad sua rpa: nō aut ad rpa Numæ: nā & Ply. rferēte Oleam Theophrastus e celeberrimis græcorū auctoribus urbē romæ āno circiter. cccc. xl. negauit: nisi itra: xl. milia pas. a mari nasci. Fencstella uero oīo nō fuisse i italia hispania atq; aphrica Farq nio pisco regnāte: ab ānis po. ro. c. lxxxlii. Ergo Numæ rpe oliuiferi nō erant. Sēit Numa abesse duos mēses: āno. l. a Romulo cōstituto scnsit deesse mēsem q Iano deo pncipiōz debebat. & alterū qui deo purgationū. Siue doctus: hæc. l. quæ instituit. A samio: a pythago-

Siue erat a samio doctus qui posse renasci.

Nos putat egeria siue monente sua.

ra philosopho: q samius fuit ex famo ionica. Qui: pythagoras. Putat nos posse renasci: putat animā eē immortalē: ut est. Sed cū a corpore auellit i alia quoq; corpora trā

lire. De quo latius in metamorffosi. O genus actonitum gelidæ formidine mortis. Quid styga: quid tenebras: & inania regna timetis Materiam uatum: & reliqua. Numa multi uolūt pythagore philosophi auditorem fuisse. Sed ut Dyonisius inquit: repugnāt tempora. Nam quatuor ætatibus pythagoras posterior fuit Numa sextadecima olympiade media romanum accipit imperium: Pythagoras post quinquagesimam olympiadem i italia mansionem habuit. Præterea: quando a romanis i regnum Numa euocatus est: nondum erat urbs Croto. ubi Pythagore sedes fuit: sed cōdita quattuordecim post anno sētio decimæ olympiadis ita in ea urbe: quæ nondum fuerat. Discipulus eius esse non potuit. De hoc eodem Lilius auctorem inquit doctrinæ eius: quia non extat alijs: falso samium pythagoram edunt. Quem sermo Tullio regnante romæ: centum post annos amplius in ultima italiæ ora circa Metapontum. Heracleamq; & Crotonam: iuuenum emulantiū studia cœtus habuisse constat. Ex quibus locis: & si eiusdem ætatis fuisset: quæ fama in sabinos: aut quo linguæ cōmersio quēquam ad cupiditatē dicendi exciuisset. Quouē præsidio: unus per tot gentes dissonas sermone: moribusq; peruenisset: Suopte igitur ingenio temperatum animū uirtutibus fuisse opinor magis: instructumq; nō tam peregrinis artibus: q̄ disciplina terrica: ac tristi ueterum sabinorum: quo gener e quondam nullum incorruptius fuit. Hæc ille. Plutarchus uero ubi aliorum opiniones retulit & posteriorē pythagoram dixit. Addit nō hūc pythagoram: sed pythagoram spartiarum: qui stadiū i olympia uicisset: olympiade sextadecima: cuius āno tertio numa in regnū cōstitutus est: in italiā erabundū uenisse. Numæque cōgressum: ac simul regnū cōstituisse: Quare nō nulla ex laconibus romanis institutis doctore pythagora: admixta sunt. & reliqua: sed ut de euocatione Numæ in regnū aliquid dicamus: ex historiis nostris mutabimur: post mortē Romuli cū inter reges p annū regnasset: & plebs regē exposceret: pmissa est populo potestas: Deceuerūt. n. patres ut cū populus regē iussisset: id sic ratū esset: si patres auctores fierēt. Tum iter rex Cōtione aduocata. Quod bonū: faustū foelixque sit: inquit Quirites: regē create: ita patribus uisum est: patres deinde si dignū: qui secūsus a Romulo numeret: creatis: auctores siet. A deo id gratū plebi fuit: ut ne uicti beneficio uiderent: id modo scisceret: iuberētq; ut senatus decerneret: qui romæ regnaret. In elyra iustitia: religioq; ea tempestate numæ pompiliū erat: Caribus sabinis habitabat Cōsultissimus uir: ut in illa quāq; ætate eē poterat: ois diuini: atq; humani iuris. Audito nomine numæ patres romani: Quamquam inclinari opes ad sabinos: rege inde sumpto uidebat: ramē neq; se quisq; nec factionis suæ aliū: nec deniq; patrū: aut ciuū quēquā preferre illi uiro auli: Ad unū omnes numæ pompillo regnū deferendū decernūt: Accitus sicut Romulus augurio urbe cōdenda: regnū adeptus est. De se quoq; deos consuli iussit. Inde ab augure: cni deinde honoris gratia: publicū id: perpetuūq; sacerdotiū fuit: deductus in arcē: lapidē ad meridiē uersus cōsedit. Augur ad leuam eius. capite uelato sedem cœperit. Dextra manu baculū sine nodo adū cum tenēs: quem lituū appellarūt: Inde ubi p̄spectū urbem agrūq; capto. Deos præcatus regiones ab oriente ad occasum determinauit. Dextras ad meridiem partes: leuasq; ad septentrionē esse dixit: Signū cōtra quod lōgissime cōspectū oculi ferebāt: aīo sinituit. Tum lituū i leuā a manū trāssato: Dextra in capite numæ imposita: præcatus ita est. Iupiter pater: si fas est hunc Numā Pompiliū: cuius ego caput teneo: rege romæ eē: uti tu: Signa nobis certa ac clara sint inter eos fines: quos feci. Tum peregit uerbis auspicia quæ mitti uellet: quibus missis: Declaratus rex Numa de templo descendit: Qui regno ita potius urbem nouā: conditā ui & armis: iure legibusq; ac moribus deintegro condere parat. Sed hæc hæc hactenus. Quæ ideo retuli: ut his quoq; comētariis adderem more creandoz regum. Siue monēte: instruēte: seu docēte. Egeria sua: quā suam coniugē eē simebat. Egeriā enim ut Dionysius inquit: fabulari sunt nympha quandā fuisse Numā docentē sapientiā regiā: Alii nō nympham: sed musaz unam. De ea tamē plura inferius dabit dicendi locus. Sed tamē post Numæ ordinationē anni. Errare ui debant rpa: quod solis cursum annus nō conficiebat: unde cœptū est intercalari græcorū more: & in hoc etiam erratū est Cæsar: qui in deos rferendus erat: Rem dignam se ratus: ut coelū prænosset: obseruauit cœlestia: & in primis solarem cursum: Incrementū: & decrēmetū diez. Nā cū sola Capricor

no in canerum uenit dies crescunt: decrescunt uero cum a Cancro in capricornum redit: Sic perpetua alternatione obseruata: ad eius rationem annum ciuilem constituit. Superaddito intercalari die in fine quarti cuiusq; anni ut diximus etiam superius. Sed tamen etiam tunc: eo tempore a Numa ad Caesarem. Errabant tempora: quia annus ad solis cursum non perficiebatur: & menses uerni: factum est eo errore: ut hyberni aliquando essent. Donec: usq; quo. Haec quoq; cura caesaris in multis: haec etiam inter multas curas tam bellicas quam urbanas. Fuit una:

quasi fuit inter ceteras praecipua: ut annum ad certiore[m] ordinem redigeret: Sed cum intercalationibus esset erratum: rem emendauit Augustus: sublato omni errore intercalari ut diximus in primo quoq; libro. Ille deus: Caesar qui iam in deos relatus est. Et auctor tantae propaginis: tantae sobolis: quasi pater Augusti: Auus Tyberii: & pater tuus o Germanice: Non credidit haec: Hanc temporum curam. Esse minora: quasi minus digna: se bene conuenientia.

Suis officiis: muneribus & actionibus imperatoris: tam in rebus bellicis quam urbanis. Voluit Caesar praenoscere caelum antequam ascenderet uoluit cognoscere indagacione: & obseruatione siderum & caeli rationem: Promissum sibi: nam promiserat id Iupiter Veneri a temporibus aeneae: quod a uirgilio refertur: Iouem loquentem introducens: Huc tu olim caelo spoliis orientis onustum accipies: Nec

deus: nec uoluit ipse Caesar. Hospes: tanquam hospes & peregrinus. Intre: ingredi. Do modo ignotas: sed praecognitas: uoluit praenoscere loca caelestia: ad que uenturus erat. Ille traditur dicitur disposuisse notis exactis: signis & terminis definitis & constitutis. Moras solis: hoc est tempora quae eundo & redeundo sol absumit. Aut ipsa solstitia intellige: hybernum & aestiuum. tunc enim remorari sol uidetur: ante octauum calendarum iuliarum: & ante octauum calendarum ianuariarum. Quibus moris quibus solstitiis. Rediret in sua regna: rediret sol a cancro in capricornum: & a capricorno in cancerum: Ab his igitur conuersionibus solis. Nam conuerit se sol ex infertore gradu capricorni: ad altiore[m] gradum canceri. Sic ex cancro in capricorno: ideo greci Solstitium Tropicon dicunt cum per conuersio sit. Caesar constituit spatium ciuilibus anni. Is: Caesar. Iunxit ad annum terminationem. Decies senos: sexagenos dies. Tercentum & quinquaginta diebus: contunxit simul: ecc. lxxv. dies. Et tempora quinta: quingentos quoque annos. Die expleto: die integro: qui tunc intercalatus: ut dum haec praestemur: quo potius casus: quam ratio deduxit: eo enim die hunc locum legimus: qui quidem dies ad intercalationem februario superadditus est Anno salutis. M. cccc. lxxvi. Tempora quanta dixit non quod quibus annis fiat intercalatio: sed quaternis: hoc est in fine cuiusque anni. Sed quia de quinto in quintum: numerando utrumque intercalatum: ut quartanam febre[m] dicimus: quia de quarto in quartum: & tamen duo sunt inter medii dies: sed numeratur a die febris ad alteram febre[m]: Ita ab anno intercalationis ad alteram intercalationem: ideo subdit. Hic anni modus terminus & definitio anni. Dies una: intercalaris. Que consumatur: perficitur & expletur. Partibus: senis cuiusque anni. horti: sic in fine quarti anni accipitur una dies integra: Debet accedere in lustrum: in quinquenium: nunquam in fine quinquenii addatur dies: sed numerando ab intercalato ad intercalatum efficies quinarium numerum: ut a lxxvi. ad. lxxx. quinarium complecteris. Silicet cum uideatur poeta iam satis euagatus in hac anni disputatione: redit ad instituta: hoc est ad ipsa festa. Calendis enim martis Martis festum a matronis celebratur. Causam poeta ab ipso Marte requirit: non enim conuenire uidetur: ut mulieres colant festa dei armorum praesidis. Si licet: si fas est. Variis audire occultos monitus deorum: aranas deorum instructiones & edictiones.

Ut certe fama putat licere: ut dicitur & arbitratum omnes licere cum & uates habeant aliquid numinis. Dic mihi o gradie: o Mars & in fine superioris libri diximus quare Mars gradieus dicitur: uel a gradie[n]do: uel a κρᾶδᾶν ἦν uel a gramine. Cum sis aptus officiis & uiribus per Enchiridion: hoc est officiis uirilibus: nam inde Mars a maribus dicitur. Cur matronae colant: celebrant. Tua festa: calendae tui mensis: quo die est tuum festum. Sic ego ubi ita praecatus est poeta.

Sed tamen errabant et tunc tempora donec
Caesaris in multis haec quoque cura fuit.

Non haec illi deus tateque propaginis auctor

Credidit officiis esse minora suis.

Promissumque sibi uoluit praenoscere caelum:

Nec deus ignotas hospes intire domos.

Ille moras solis: quibus in sua signa rediret.

Traditur exactis disposuisse notis.

Is decies senos tercetum & quinque diebus.

Iunxit: & e pleno tempora quinta die.

Hic anni modus est in lustrum accedere debet.

Quae consumatur partibus una dies.

Scilicet occultos monitus audire deorum.

Variis: ut certe fama licere putat.

Cum sis officiis gradie uirilibus aptus:

Dic mihi matronae cur tua festa colant:

FASTORVM

Mars deposita: ut ille orauerat gallea respondit: & hæc primū inquit. Aduocor nunc primū in pacis studia: qui bellis præsum. placetq; & studiose: & pacis militiæ præesse ne id soli palladi ascribarur. Disce igitur quod tu studiosæ poeta requiris: & relaturus causam: ab urbis principio reperit. Sic ego: locutus sum. Sic dixit Mauors: Mars magna uortēs. Posita casside: gallea ut superius orauerat, & nitidas casside solue comas. Sed tamen hasta missilis fuit in dextra: ne penitus ab armis discederet: deposuit galleam: & retinuit hastam: Missilia tela dicimus

Sic ego: sic posita dixit mihi casside mauors:

Sed tamē in dextra missilis hasta fuit.

Nūc primū studiis pacis deus utilis armis.

Aduocor: & gressus in noua castra fero.

Nec piget icepti: iuuat hac quoq; pte morari.

Hoc solam ne se posse minerua putet.

Disce latinorum uates operose dierum:

Quod petis & mēori pectore dicta nota.

Parua fuit: si prima uelis elementa referre.

Roma sed in parua spes tamē huius erat.

Mæmia iā stabāt populis angusta futuris:

Credita sed turbæ tūc nimis ampla sua,

Quæ fuerit nostri: si queris regia natī:

Aspice de cāna straminibusq; domum.

In stipulā placidī capiebat munera sōni,

Et tamē ex illo uenit in astra thoro.

Iaq; loco maius nomē romanus habebat:

quæ lōge mitri possunt. Deus utilis armis: ego qui bellis præsum: & utilis sum in re militari. Nunc primum aduocor studiis pacis: ad pacis officia. qui semper exercui bellica. Ferro gressus in noua castra: in militiam pacis: & poeticam. Ferro gressus: dixit ut alluderet suo cognomini: cum gradiuus a gradiēdo dicatur. Nō piget incepti: nō mihi graue est psequi qd agresus sum.

Iuuat: delectat. Morari in mora detineri. Hac quoq; parte: hac etiam militia litteraria: & pacis studio. Ne minerua: pallas a minuendo sue minuendo ut alias dictum est.

Putet se solam posse hæc: putet se solam posse utrunq; & armis & paci seu litteris præesse. Disce tu uates operose: studiose. Dierum latinorum: fastorum romanorū. Quod petis: hoc est causam: cur matronæ colant mea festa. Et nota dicta pectore memori: quæ ego dicam memoria teneas. Parua fuit: causam ipsam aggrediens principium ab urbis initio sumit: usq; ad raptum sa-

binarum: pro quo illata s'nt romanis bella. Sed cum rapræ iam matres essent bellom dirimerunt: de quo paulo post, addit & alias duas causas uel quod Illia de eo mater fuerit: uel quia Iuno est eius mater: qua ratione matres colunt festum. Nunc hoc primum dicit ab initio Romam fuisse paruum: sed in illa sperabatur futura magnitudo. Regnauit Romulus fuisse casam exiguam e palustri canna: & in stipula solitum requiescere. Inde tamen coelum ascēdisse cætera: suo ordine prosequemur. Parua inquit. Fuit roma si uelis referre prima elementa: quasi siue uelis memoria repetere ipsa urbis primordia. Sed in parua quanta tunc fuit. Erat spes huius: tantæ quanta nunc est: quia ab illa parua futuram hanc urbis magnitudinem sperabamus. Iam stabant moenia: romana: a Romulo condita. Angusta: arcta quia exigua tunc urbs quæ tantum mille passus ambitu complecteretur. Sic erant tunc angusta futore multitudini. Populis futuris: quasi quæ capere non posset futuram multitudinem: adeo coaluit populus romanus. Sed tunc in ipso principio. Credita sunt nimis ampla turbæ suæ: & si per exigua erat urbs. tamen ampla & spatiosa erat nimis ipsis conditoribus: quia non erant tot cum Romulo ut eam implere possent. Si queris que fuerit regia: domus regis. Nostri nati: romuli. Aspice domum de canna: extractam e palustribus canis. Et straminibus: nam stramine & recta & instrata. Casa Romuli canis & uiminibus constructa: magnæ fuit apud posteros religioni: & quotiens de ea aliquid uetustate fœdabatur: sacerdotes instaurabant ut integra seruetur: ideo mars Aspice dixit: quia etiam tunc supererat. de ea plura diximus in primo libro. Capiebat munera placidi somni: quasi dormiens: Romulus requiescebat. In stipula: & est comendatio Romuli a modestia & frugalitate: quia non regio luxu & ornatu utebatur domi: non delicate uiuebat: sed duriter. non in plumis: & serieis thoris: sed in stipula requiescebat. Et tamen ex illo thoro: ex illa stipula uenit in astra. relatus est in deos. Iamq; loco malus iam coeperat romanū nomen apud finitimos extolli: malusq; habebatur q̄ re esset. iuncte tamen assinitate cum quoq; minime erant: cum uicine ciuitates contēnerent romanos genetos nec Romulus habebatur. Marcii filius. Educatio præterea pastoralis: & inopia nocebat. A ues & uenenata animalia habent unde

possint sobolem ppagare. romanus ipse nō habebat. nō repudiātur externi: repudiabātur Roma
ni: cum ita fieri uiderem inspirauit mentē filio initoq; consilio rapuit ille uirgines: hęc nūc inquit
mars usus est hac insuarione ut ostēdat iustam fuisse causam rapiendaz uirginū. Tamq; romanus
hēbat maius nomē loco: erat po. ro. iā maioris nominis & famę: q̄ ipsa re locus esset. erat enim
urbis parua nominis. Nec illi romano. Erat contunx nec ullus focer: nec coniugē: nec focerz ha
bebant quia cōtrahere affinitatē cū his nemo uolebat. Diues uicinia: sabini: & finitima. Sperne
bat inopes generos: contēbant il
li & repudiabant romanos generos:
cum essent inopes. Et ego: mars.
Male credebar. non credebar. Au
ctor sanguinis: nemo credebat Ro
mulum esse filiūm. Et Liui. Inquit:
Ro. legatos circa uicinas gentes mis
sit qui societatem: cōnubiūq; nouo
populo peterent. Vrbes quoq; ut cę
tera ex infimo nasci. Deinde qua sua
uirtus ac dii iuuent: magnas opes:
magnūq; nomen sibi facere: satis sci
re origini romane: & deos affuisse:
& non defuturam uirtutem: proin
de: ne grauentur homines cū ho
minibus sanguinē ac genus miscere.
Nūq; benignę legatio audita ē: adeo
simul oēs spernebant. simul. tantā in
medio crescentē. molē sibi ac posteris
suis metuebant. plerisq; rogitatibus

dimissi: & quod sceminis quoq; asyli aparuissent. Id enim demū cōpar connubiū fore. &c.
Nocebat: Romu. Habirasse in stabulis: cū pastoribus. Et pauisse oues: nā educatus a Fauſtu
lo inter pastores aliquando oues pauisse creditur: & id illi nocebat: quia pudebat finitimos affi
nitates cōtrahere. Et nocebat tenere iugera parua: habere exigū agrū. Iugerū tamē est: quā
tum uno iugo boum exarari potest. Soli inculti: nō prius culte terrę. Ipsa ergo inopia cogē
bat habere repulsam. Et cōtennebāt eos: & erant ut Dionysius inquit: Vicinę urbes romanis
inſenſe tētauit Romulus & illas cōciliādas & ad ppugnādā sobolē cōtrahere cū illis cōtugia: qđ
cū aspārētur: Numitorē cōsuluit. Statutūq; ut p raptū uirginū pmissuū affinitates iūgerēt: qđ
uim illatā ferrēt ægore animo. cętera paulo post. Quatq; uolucres: & quatq; serę coeūt cū suo
pare. Aues & siluestres bestię habēt paria: cū qbus iugant. Atq; anguis: serpens. Habet
aliquā de qua pcreet: mouet ex hoc loco cōmiserationē in romanos: & idignationē in finitimos:
quod & serę: & serpētes: qbus nihil ē truculētius: habēt parē unde sobolē possint ppagare & ro
manis miseris iuria finitimos cōiugla nō dātur. Cōnubia: mīmonia: hoc ē ipse cōiuges dāt
externis gentibus: nō negantur cōiugla ab italishis: qui itali nō sunt. Eos enim appellamus
la fuit. quę uellet nubere romano: nulla fuit quę uellet matrimonio iūgi romanis citibus.
Indolui: egre tuli. Et romule per apostrophen Dedi tibi mentē patriā: inspirauit tibi mentem &
cōsiliū meū. Dixi tolle preces: noli amplius precari finitimos. Arma dabūt qđ petis ipsas
coniuges: quasi experire uolentiam: quia uim illatam serent æquiore animo hoc aut cōsiliū
fuit Numitoris. Para festa cōso: deo cōsiliog. Cōsus dicit tibi cętera: ipse cōsiliū die s ipsira
bit tibi qđ sis facturū. Illo die ludog. A. Dū canes sua festa sacra: dū tu celebrabis eius sacra.
tūc ipse cōsiliū tibi suggeret. huius diei festa cōsualia dicta sūt: de qbus Varro cōsualia inq; dicta
a Cōso: qđ tū serię publicę ei deo & in circo ad arā eius ab sacerdotibus sūt ludi illi: qbus uirgi
nes sabinę raprę. Et Pōpeius inq; Cōsualia ludi dicebāt: quos i honorē Cōsi faciebāt: quē deū
cōsiliū putabāt. de hoc Dionysius primū inq; deo arcan arū cōsultationū duct Sidolus sibi ex sen
tētia eueniret sacrificiū quor ānis: & serias agēdas uouit. Postea uero senatui rē apertēs: ubi ipſis
ēt cōsiliū illud placuit: Diē festū & ludos idicēs Neptuno agēdo: circumiisit i urbes pxias euo
rū gōiq; ueller: & certaminū: & mercatus eē participes: & enim culisq; generis certamia actu
rus erat equoz & hominū. Cōueniētibz itaq; ad ludos hospitibus multis cū uxoribus: & filiis
ubi sacra Neptūno peregit: & certamia die ultio quo nūdias dissoluturus erat: Inuētur: edicit ut
cū signū extulisset: Virgines qque raperēt: quascūq; cōtingeret: seruarētq; ipsas omnes eam no
stem castas. Dieq; postero ad se ducerent. Diuisi igitur per compita iuuenes: ut elatū uidere si
gnū: ad raptus uirginū repente discurrunt. Ingensq; statim secuta est perturbatio: fugaq; ho
spirū: malū aliquod malus suspiciantū. Productis autem sequēti die Virginibus: Ignominia ea

Nec coiunx illi: nec focer ullus erat.

Spernebat generos inopes uicinia diues.

Et male credebar sanguinis auctor ego.

In stabulis habitasse: & oues pauisse nocebat.

Iugera que inculti parua tenere soli:

Cū pare quatq; suo coeūt uolucresq; fereq;

Atq; aliquā de qua pcreet anguis habet:

Externis dantur cōnubia gentibus atq;

Romano uellet nubere nulla fuit.

Indolui patriamq; dedi tibi romule mentem.

Tolle preces dixi: quod petis arma dabunt.

Festa para cōso: cōsus tibi cętera dicit.

Ipsa festa die dum sua sacra canes.

FASTORVM

rum consolans romulus: quā nō ad cōtumeliam: sed ad nuptias raptæ essent. æquū eē censebat. ut datos eis uiros a fortuna diligerent. Dinumeratisq; postea puellis sexcentis & octoginta tribus numero inuentis. uiros celibes totidem delegit quibus puellas ipsas secundum leges patrias. uniuscuiusq; earum consuetudinesq; locauit communionem panis & aquæ conubia ipsa concilians. sicut etiam hucusq; faciunt: & paulo post sacratam illam solemnitatē: nunc etiam romani p̄ficiūt cōsualia uocantes in qua etiam astra subterranea constructa iuxta circum maximum: circumfossa terra sacrificiisq; igneis: & solēnitatibus colitur. Cursusq; equorum agitur iunctorum: & nō iunctorum. uocatur autem is deus: cui hæc p̄ficiūtur conusus a romanis: quem quidam inrerp̄tantes in linguam: græcam. posidona sischthona esse dicunt. & Lilius p̄

Intumuere cures: & quos dolor attingit idem
Tunc primum generis intulit arma focer.

sequitur ad ea quæ adduximus. Aegre id romana pubes passa. & haud dubie ad uitam spectare res cepit. Cui tempus: locumq; aptum ut daret romulus ægritudinem animi dissimulans. Ludos ex industria parat Neptūno equestri solennes. Consualia uocat. Indici deinde finitimis spectaculum lubet. quantoque apparatum sciebant. aut poterant cōcelebrant: ut rem clarā. expectatamq; facerent. Multi mortales cōuenere: studio etiam uidentæ nouæ urbis. maxime proximi quicq; Ceninēses. Crustumeri. Antēnates. Iam sabinorum omnis multitudo: cum liberis: ac cōiugibus uenit. Inuitati hospitaliter per domos. cum strum: moeniaq; & frequentem rectis urbem uidissent mirantur tam breui rem romanam creuisse. ubi spectaculi tempus uenit deditæq; eo mentēs cunctis oculis erant. Tum ex composito orta uis. signoq; dato inuentus romana ad capiendas uirgines discurrit. Magna pars forte: ut in quæq; inciderat. raptæ quasdam forma excellentes primoribus partem destinatas. ex plebe homines: quibus datum negocium erat. domos deferebant. & Plutarchus inquit. It interea fama per finitimas orbes q; sacræ cuiusdam dei aram in subterræo specu aditam offenderit: quem consum romanis uocant. uel potius ut Procuro placet neptūnum equestrem. hanc igitur cum aparuisset ilico sacra. solēnesq; ludos simulat se facturum. Conuenit ex finitimis ingēs multitudo cum uxoribus & filiis. signum autem dederat romulus: ut cum assurgeret & purpuream clam ydem complicaret: omnes in sabinas irruerēt. Triginta a nonnullis raptas fuisse traditunde. xxx. curiæ appellatæ sūt. Vale. antiq; dxxxvii. fuisse. tradit. Iobas uero. dclxxxiii. Aquarum contragine romulus penitus abstinuit. postquam hersyliam unam habuit: ex qua duos filios genuit. alteram scemellam Promam uocatam. alterum æolium dictum ab ea ciuium multitudine cōuocata. Sed postea mutatis litteris Abylum uocatam. reliqua suis in locis p̄sequemur.

Intumuere cures: Dionysius inquit: ubi de raptu uirginum. deq; cōnubiis in urbes primas rumore uulgatum est: Alias quidem id factum in iram uertit. Aliæ quo affectu id facti esset cōsiderantes moderate rem tulerūt. recidit igitur res post t̄ps aliquod i bella: alia q̄dem facilia. Vnum uero eū sabinis magnum atq; difficile: sed exitus felix fuit: sicut romulo prædixerant oracula. & Lilius scribit bella romanis illata: & romuli uictoriam de Ceninēsibus. Antēnatis: & Crustumēis. & subsequitur. Nouissimū bellū ad sabinis orrum. multoq; id maximū fuit. Nihil. n. p̄ irā: aut cupiditate actum est nec ostenderūt bellum priusq; intulerūt. Cures: sabinis a curibus. Intumuere: idignati sūt ob eā acceptam iuriam. Et quos. illi quos. Idem dolor attingit hoc est quibus ea erat iniuria. & dolor cōis ceninēses: antēnates. & crustumeni: quoz et uirgines raptæ fuerāt. Tā primū focer sabinis: & alii: quoz raptas filia romani uxores acceperāt. Intulit arma generis. intulit bella romanis. Exigit hic locus: ut de curibus: & de sabinis ipsis aliquid dicamus. ut Varro ipse retulit: quæadmodū ab eius liberto accepimus. uirgo quædam idigena: scipui generis i templū iuit Enyalii choreas agēs. Enyalium at sabinis: & ab eis discentes romani quirinum uocant: nequaquā certū haberes ipsi. Mars ne sit ille. an alius qdā similes cum Marte honores hēns. Alii. n. de uno deo bellicoz certaminum duce: utraq; putat dici nomina. Alii at duobus ea diuis bellicis imposta. In hoc itaq; dei templo saltans puella subito fit diuina: Atq; relinquens chorū in aditum dei currit. Prægnāsq; deinde ex deo: ut omnibus uisum est: facta filium parit Modium nomine: Fabidium cognomine: qui uir factus forma quidem fuit nō hominis. sed diui. Fuitq; bello omnium clarissimus. capit deinde cupido condendæ urbis. magnamque manum congregans uicina loca incolentium: Breui admodum tempore eas condidit: quæ nunc uocantur cures. Hoc nomine: ut nonnulli scribunt ex deo cuius eum filium sermo erat urbi imposto: ut autem alii adunt a cuspidē. quires enim sabinis cuspidēs uocant. Zenodotus autem Troezenius historicus; ympricæ gentis indigenas habitasse ait circa agrum reatinum uocatum. Pulsos deinde illinc a pelægis in hanc terram aduenisse: ubi nunc habitant: mutantēque nomen simul cum loco. uocatos esse pro umbris sabinos. cato autem nomen sabinorum genti impositum esse ait: ex sabinis Sangi diui gentis. hunc autem sangum a quibusdam Pistium uocari. atque in prima eorum habitatione fuisse.

asserit uicem quendam uocatum Testrinam prope urbem amiternam positum: ex quo moueres tum sabinos: in terram aut theatinorum irrupuisse habitantibus simul cum eo ab originibus. Vrbemque eorum clarissimam Coryuas bello captam occupasse. Atque ex theatino agro colonos emittentes: & alias condidisse urbes in quibus habitabant sine muris & hanc ipsam: quae Cures dicitur. regionem autem obtinere eos distantem ab adriaco quidem mari ducentis ferme: & octoginta stadiis. A tyrreno uero ducentis & quadraginta. Longitudinem autem eius esse ait paulo minus stadiorum mille. De alio sermone qui in historiis est de laconibus qui illuc se transtulere diximus in primo libro in eo uersu. Proinus oebalit rettulit arma tati. Iamque fere raptae: iam inceperant raptae matres esse: cum ex romanis filios peperissent: protractaque erant diutius bella. Cuique saepe ambiguo Marte pugnatum esset. Deindeque essent acies ad pugnam instructae: Mulieres quarum causa bellum erat conuenientes sine uiris in quendam locum: & consilia conferentes: ut Dionysius refert: in ea fuere scetia ut uerba ipsae de reconciliatione apud utroque inciperent: re ad senatum delata placuit eas legationis munere fungi. Harum princeps Hersylia fuit. quae longa & miserabili oratione postulauit: ut utrisque pacem concederent.

